

ARCHIVIO STORICO DELLA CURIA DIOCESANA DI VERONA

**VISITA PASTORALE
VALPOLICELA
DI GIOVANNI BRAGADINO
Vescovo di Verona**

PRIMA VISITATIO 1738 – Liber Quartus

REGISTRO LX



[A margine: VALIS PULICELLAE]

PRIMA VISITATIO ECCLESiarUM
VERONENSIS DIAECESIS
ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI DOMINI DOMINI
IOANNIS BRAGADENI EPISCOPI VERONENSIS
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PAPAE
PRAELATI DOMESTICI ET CETERA
ASSISTENTIS
LIBER QUARTUS

LX
1738

Bernardo Ronchi Cancellario

INDICE DELLE PARROCCHIALI

- A** – Sant’Ambrosio carte 64.
C – Castel Rotto c. 2 – Cavalo c. 51.
F – San Fiorano c. 13 – Fumane c. 41.
G – San Giorgio Valpolicella sotto Sant’Ambrogio c. 61.
M – Marano c. 26 tergo – Mazzurega c. 47^v – Monte c. 56.
P – San Pietro in Cariano c. 34.

INDICE DEGL’ORATORII

- A** – Santissima Annunciata sotto Castelrotto carte 4 – Santissima Annunciata sotto Sant’ Ambrosio carte 68 – Sant’Antonio Abate sotto Castelrotto c. 9t – Sant’Antonio Abate sotto San Fioran c. 15^v – Sant’Antonio di Padova sotto Castelrotto c.10^v.
B – Beata Vergine della Neve sotto Fumane c. 43^v – Beata Vergine Addolorata sotto Cavalo c. 54 – Beata Vergine della Misericordia sotto Sant’Ambrosio c. 67.
C – San Carlo di Negarine sotto Castelrotto c. 3t – Santa Concordia sotto Castelrotto c. 8 – San Carlo sotto Maran c. 28^v – Santa Chiara sotto San Pietro in Carian c. 36 – Santissima Concettione sotto Sant’Ambrosio c. 66^v.
E – Sant’Eustachio sotto Maran c. 33^v.
F – San Francesco sotto San Fioran c. 19^v – Santi Fermo e Rustico di Vargatara sotto San Fioran c. 21.
G – San Giovanni Battista sotto Castelrotto c. 6 – San Giuseppe sotto Castelrotto c. 9 – San Giorgio sotto Maran c. 29 – San Giuseppe sotto San Pietro in Carian c. 35^v – San Giorgio di Valpolicella sotto Sant’Ambrosio c. 61.
L – Santa Lucia sotto San Pietro in Carian c. 28.
M – San Martin sotto Castelrotto c. 4 – San Michel sotto San Fioran c. 20 – San Marco sotto San Fioran c. 22^v – Santa Maria di Valverde sotto Maran c. 29t – San Martin di Bure sotto Sant’Ambrosio c. 65^v.
N – Santi Nicolò e Zenone sotto Sant’Ambrosio c. 71t.
P – San Pietro sotto San Fioran c. 20^v.
R – San Rocco sotto Castelrotto c. 5 – San Rocco sotto Maran c. 30^v.
S – Santa Soffia sotto San Fioran c. 15 – Santi Sebastian e Bernardo sotto Fumane c. 43.
Z – San Zeno in Pullia sotto Sant’Ambrosio c. 72.

Molto reverendo signor mio signor colendissimo. Continuando monsignor illustrissimo e reverendissimo vescovo padrone la di lui visita pastorale, ha deliberato di terminare quella della Valpolicella; onde qui annesso riceverà l’editto in stampa, che pubblicherà dall’altare al suo popolo perché si disponga a ricevere le grazie spirituali che seco porta la visita stessa, coll’amministrare la santissima Communion e Cresima et esaminare il popolo nella dottrina cristiana. Dalla stampa raccoglierà quanto doverà osservarsi, perché il tutto resti adempito e prederanno due padri missionari riformati, che faranno le solite funzioni per promuovere la maggior divozione in beneficio dell’anime. Sarà da lei coll’infrascritta sua corte monsignor illustrissimo e reverendissimo vescovo, come vedrà dall’editto ed ella manderà il carro per ricevere il bagaglio il dì [manca] et il bisogno de cavalli o calessi per ricever la corte al luogo di [manca] li [manca]. Si conterà poscia nella pragmatica con quella frugalità e moderazione che brama il prelado, a risparmio d’ogni superfluità et aggravio, che tanto di suo ordine le signifco. E resto: di vostra signoria molto reverenda devotissimo, obbligatissimo servitore Bernardo Ronchi cancelliere. Verona li 9 settembre 1738. Corte: monsignor illustrissimo e reverendissimo vescovo; l’illustrissimo signor vicario visitatore, con suo servo; monsignor maestro di cerimonie; il signor cancelliere della visita; due reverendi suoi cappellani; il cameriere, il cuoco e due stafieri; il cavalcante, con due cavalli.

Itinerario della visita 22 settembre 1738

<u>Parochiali</u>	<u>Oratori</u>	<u>Anime</u>	<u>Giornate</u>
Miglia 6 Castelrotto Sant'Ulderico rettor Don Giovanni Franza	n° 9	700	lunedì 22 sera - mercoledì 24 mattina
M. 1 San Fioran Arciprete don Pietro Peretti	9	1400	24 sera – 27 mattina
M. 2 Marano San Pietro Rett. d. Antonio Valcava	4	1100	27 sera – 29 mattina
M. 2 San Pietro in Carian Rett. d. Masenti	5	600	29 sera – 1° ottobre mattina
M. 2 Fumane S. Zen Rettor d. Bagietta	1	600	1 sera – 3 mattina
Mazurega d. Avanzi		100	3 sera – 4
Cavalo S. Zeno d. Valenari	1	300	5 mattina – 6
Monte S. Nicolò d. Lonardi		150	7 matt. – 8 mattina
S. Ambrosio	6	750	8 sera – 11 mattina

Sabato sera 11 ottobre 1738 ritorno a Verona.

Li padri missionari (riformati) sono: padre Eugenio da Verona, guardiano; padre Santo da Verona

[1] In Christi nomine. Amen. Anno ab eiusdem Nativitate millesimo septingentesimo trigesimo octavo, indictione prima, die lunae 22 mensis septembris, pontificatus autem illustrissimi in Christo patris et domini nostri domini Clementis divina providentia papae XII anno eius nono. Illustrissimus et reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Ioannes Bragadenus, Dei et sanctae sedis apostolicae gratia episcopus veronensis, comes et cetera, sanctissimi domini nostri domini Clementis divina providentia papae XII praelatus domesticus et assistens et cetera, paterno suo amore eius pastoralis muneri incumbens, inceptum in partibus Vallispulicellae sanctum visitationis opus absolvere volens, suas cognosciturus oves illisque prout exigere posset necessitas consulturus, infrascriptas visitandas decrevit ecclesias. Idcirco, praemissis aedictis opportuneque parochis visitandis per epistolas intimatis pro visitatione diebus ibi expressis habenda praemissisque duobus ex reverendis patribus strictioris observantiae sancti, scilicet admodum reverendo patre Eugenio a Verona guardiano et reverendo patre Sancto a Verona, de suo mandato praeceuntibus ut sancte missionis officium adimplentes fidelium animabus prodesse [1^v] Deique gloriam magis magisque promulgare verbo et exemplo possent, suprascripta statuta die 22 septembris 1738, secum assumptis nobili et illustrissimo domino Petro Paulo Franchini iuris utriusque doctore, canonico theologo cathedralis Veronae, quem in suum vicarium visitationis deputavit, admodum reverendo domino Iosepho Mezzanini, archipraesbytero Sancti Ioannis in Foro caeremoniarum magistro, duobus suis sacerdotibus familiaribus capellanis meque notario episcopali et visitationis procancellario, hora 21 circiter, facta prius humili oratione ante sanctissimum Sacramentum in sua ecclesia cathedrali, propriam quadrigam ascendit et ad locum et parochialem ecclesiam Castrirupti iter suscepit. Ad portum Septimi perventus, belicis tormentis clangentibusque tubis ab utraque Athesis ripa salutatus fuit et obvium habuit admodum reverendum dominum Ioannem Franza, rectorem Castrirupti praedicti, cum eius clero, suae devenerationis argumenta praebentem. Traiecto flumine Athesis, praecedentibus et subsequentibus armatis hominibus, frequenter belica tormenta explodentibus, ad dictam parochialem progreditur, a qua non procul obviam habuit [2] processionem doctrinae christianae, laudes decentantem, qua praecedente pulsantibus campanis, in aedes parochiales recipitur; quieti se tradidit ed incenatus pernoctavit.

[A margine: parochialis CASTRIRUPTI] Die martis 23 septembris 1738. Omnibus opportune dispositis convocatoque per solita signa populo, illustrissimus et reverendissimus praesul antedictus, longioribus indutis, sub baldachino fuit receptus, a quatuor sacerdotibus superpeliceo indutis gestato et in limine domus parochialis crucem, ab admodum reverendo domino Ioanne Franza, huius ecclesiae rectore pluviali induto porrectam, osculatus est. Inde clero processionaliter praeunte et canticum *Benedictus* decantante, ad parochialem ecclesiam progressus est. In ianua maiori sistens, recepto aspersione a dicto reverendo domino rectore, se signat populumque aspergit et ab eodem rectore thurificationis honorem triplici ductu recipit. Ad altare maius procedens ibique in genuflexorio ad hoc parato genuflexus, humiliter orat. Interim, solita per reverendum rectorem et clerum decantantur. Quibus expletis, altare maius ascendit, orationem titularis [2^v] recitavit et, praemisso *Confiteor*, populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam, de suo mandato publicatam, impartitus est. Thronum a latere evangelii paratum ascendit ibique violaceis paramentis indutus fuit et exequias pro defunctis absolvit in ecclesia et coemeterio, illud circuendo, quod et visitavit. Inde, sumptis apparamentis albi coloris, praemissis deveneratione ac adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, in pixide argentea et tabernaculo ex marmore, moderna decentique forma elaborato, bene ac tute custoditum. Ex factis perquisitionibus habuit huiusmodi parochialem ecclesiam Castrirupti divo Ulderico esse dicatam, non esse consecratam et per concursum conferri ab illustrissimo et reverendissimo domino pro tempore episcopo veronensi modoque illam regere et gubernare ab anno usque 1718 admodum reverendum dominum Ioannem Franza animasque a communione sub ea numerari 500, in totum vero 789. [3] Lampas pro sanctissimo Sacramento manunetur a reverendis clericis plebis Sancti Floriani, de cereis vero manunetur societas sanctissimi Sacramenti ibi erecta. Vidit umbellam, amigdalam, aliam parvam pixidem, ostensorium, quatuor fanalia, thronum, baldachinum, intorticia caeteraque opportuna pro digna associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos. His peractis, in throno sedens, se praeparat pro sacro faciendo; missam celebravit inter repetitas explosiones et tubarum clangores. Inde paterno amore propriis manibus quamplurimis utriusque sexus christifidelibus sacram Synaxim distribuit. Facta demum gratiarum actione, iam defatigatus in aedes parochiales se recepit, quieti se tradidit ed prandium sumpsit. A prandio eiusdem diei 23 septembris 1738. Convocato per solita signa populo, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, sub baldachino ut ante receptus, ad parochialem ecclesiam reversus est et paterna charitate pueros ac [3^v] puellas in doctrina christiana expertus est, quos cum gaudio animi sui – Deo dante – bene edoctos invenit. Exinde Confirmationis sacramentum administravit et quamplures utriusque sexus christifideles eodem sacramento corroboravit. Quibus peractis, ad aedes parochiales se restituit ibique incenatus pernoctavit.

Illustrissimus vero dominus vicarius visitationis antedictus, oratoriorum visitationi incumbens, equitando se contulit ad oratoria infrascripta, videlicet: [a margine: Oratorium de Negarinis] visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium sub titulo alias Sancti Ioannis Baptistae, modo Sancti Caroli de Negarinis, infra limites Castrirupti, de ratione domini Iulii de Sachetis, a quo manutenetur. Unicum extat altare cum portatili et simplici icone ac antipectili ex corio, in quo celebratur ex devotione et ad nutum et comodum dictae familiae de Sachetis. Vidit sacristiam, a latere evangelii extractam nec non sacras suppellectiles, de quibus decore et abundanter esse provisum invenit, quae tamen sacrae suppellectiles domi [4] servantur pro tutiori custodia. Quibus habitis et cetera. [A margine: Oratorium Annunciationis beatae Mariae Virginis] Visitavit publicum oratorium Annonciationis beatae Mariae Virginis, in contrata Corubii, infra limites Castrirupti erectum, de ratione nobilium dominorum comitum Danielis et fratris de Bandis veronensium. Unico constat altari, marmoreo quoad mensam et gradus, in reliquis cum simplici icone. Nullum assertum fuit extare onus missarum, sed solum celebrari ex devotione et ad nutum dictae nobilis familiae de Bandis. Retro altare habetur chorus, qui inservit pro sacristia ibique vidit sacras suppellectiles pro sacro faciendo et sufficienter provisum esse invenit. Ordinata. Provideatur de novo portatili ad mensuram canonicam – erigatur crux ferrea in culmine tecti. [A margine: Oratorium Sancti Martini] Visitavit simplicem ecclesiam sub invocatione Sancti Martini de Corrubio Septimi, infra limites Castrirupti, de iure communitatis Septimi praedicti, quae de omnibus illam manutenet. [4^v] Tribus componitur altaribus, quae visitavit, videlicet: altare maius, ligneum cum portatili et duabus ianuis a lateribus lapideis, inducentibus in chorum, qui inservit pro sacristia. Altare Epiphaniae, a latere epistolae, ligneum cum portatili, manutentum ut supra, ubi celebratur ex devotione. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, ligneum cum portatili, manutentum a communitate ut supra et ibi celebratur ex devotione. Eadem communitas in hac ecclesia celebrare facit per unum ex reverendis patribus sancti Francisci de observantia, conventus sancti Francisci de Buxolengo, omnibus diebus festivis, pro medietate anni ex devotione, stipe ducatorum 15 et pro alia medietate ex legato quondam Florii de Peretis, ex eius testamento 1713 in actis domini Francisci Fraccaroli notarii, cum simili stipe ducatorum 15. Retro altare maius vidit chorum pro sacristia et ibi visitavit sacra suppellectiles pro sacro faciendo et sufficienter provisum esse invenit. [5] Vidit coemeterium adnexum, in quo humantur cadavera communitatis Septimi per admodum reverendum rectorem Castrirupti. Ordinata. Paramenta sacra quae et ubi indigent reparatione sarciantur – patena a tergo argento dealbetur vel inauretur – provideantur tabellae tam ad altare maius quam ad altare Epiphaniae – in coemeterio erigatur crux ferrea. [A margine: Oratorium Sancti Rocchi] Contiguam praefatae ecclesiae Sancti Martini, visitavit simplicem ecclesiam Sancti Rocchi de Corrubio, infra praedictos limites Castrirupti, de ratione nobilium comitum Daniellis et fratris de Bandis, antiquae structurae et forte erectam anno 1478 3 septembris, grassante peste, ut desumitur de marmore sculpto, fixo parieti a cornu evangelii. Quo tempore ex eodem marmore colligitur institutum et fundatum fuisse simplex perpetuum beneficium, cuius est rector ad praesens reverendus dominus Phippus Banda, sacerdos de Castrorupto [5^v] annorum 33, cum bullis episcopalibus 21 martii 1708, praesentatis, visis ac restitutis. Qui rector habet pro residentia domum antiquam et gaudet fructibus ut in policea sub littera [*manca*] reposita; celebrat ad praesens diebus festivis tantum et iuxta vires reddituum, ex decreto in visitatione die 11 octobris 1717 aedito, licet antiquitus maior fuerit obligatio. Cum adesset suprascriptus rector, interrogatus de manutentione, dixit se hanc ecclesiam manutene- re ex praedictis redditibus. Tria hic habentur altaria: maius scilicet, sanctis Roccho et Sebastiano dicatum, cum portatili et ianuis lateralibus lapideis, sufficienter tentum. Altare alias sancti Antonii, modo sancti Sebastiani, cum portatili, iam suspensum ob nimiam humiditatem, indecens et de omnibus destitutum, quod in sua suspensione remaneat. Altare beatae Mariae Virginis, ligneum cum portatili et effigie beatae Mariae Virginis ex ligno sculpta, in quo celebratur ex devotione. Retro altare maius visitavit sacras suppellectiles pro sacro faciendo, sufficienterque invenit esse provisum. [6] Ordinata. Sperae vitrae sarciantur – depositum ligneum eminenter a latere epistolae erectum, ut indecens ac ruinae proximum, removeatur et humetur. [A margine: Oratorium Sancti Ioannis Baptistae] Visitavit publicum oratorium Decolationis Sancti Ioannis Baptistae de Cingia, infra limites Castrirupti, de iure nobilis domini Marci Ioannis de Ionis, a quo manutenetur. Unicum habetur altare ligneum cum ianuis lateralibus lapideis et cum portatili, in quo celebratur ex devotione. Vidit sacristiam retro altare maius, ubi vidit sacras suppellectiles pro sacro faciendo et sufficienter esse provisum invenit. Ordinata. Provideatur planeta cum stola, manipulo, velo et bursa coloris nigri – erigatur crux ferrea in culmine tecti – provideatur labellum pro aqua benedicta. Quibus habitis et cetera, ad residentiam praefatae domus parochialis Castrirupti se restituit et, facta refectione, pernottavit. [6^v] Die 24 septembris 1738 mane. Datis signis pro convocando populo omnibusque opportune dispositis, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, inter bellicos fragores et tubarum clangores, in ecclesiam descendit. Facta adoratione ante altare maius, thronum ascendit ibique se praeparavit pro sacro faciendo. Missam

celebravit, qua absoluta, aliquibus christifidelibus propriis manibus eucharisticum Panem erogavit et non nullis utriusque sexus Confirmationis sacramentum administravit. Actis subinde Deo gratiis, visitavit sacrum fontem baptismalem, in angulo ecclesiae a latere evangelii repositum, de quo ordinavit ut infra. Olea sancta, a cornu evangelii in arcula sub ostiolo custodita, quae olea reverendus rector recipit a plebe Sancti Floriani, ubi in sabbato sancto reverendo archipraesbytero plebis inservit pro conficiendo fonte. Unicum vidit confessionale stabile prope sacristiam et tres crates mobiles, quae inserviunt pro sacramentalibus confessionibus recipiendis. [7] Visitavit altare maius, ex marmore moderna elegantique forma elaboratum, cum portatili, divo Ulderico, ecclesiae patrono, dicatum. Manutenetur a societate sanctissimi Sacramenti, antiquitas – ut fuit assertum – ibi erecta, non ex redditibus, quibus caret, sed ex confratrum eleaemosinis. Hic celebratur ex devotione et nulla sunt onera missarum. Altare sancti Ulderici cum portatili, de iure familiae dominorum de Betelonis, a quibus manutenetur. Extat onus missarum quinque die festo sancti Ulderici 4 iulii, cui satisfit. Altare beatae Mariae Virginis Septem Dolorum, marmoreum cum portatili, piorum eleaemosinis constructum, manutentum vero a societate doctrinae christianae, antiquitas – ut fuit assertum – erectae. Nullum extat onus missarum et celebratur tantum ex devotione. Vidit sacras reliquias, ibi expositas in duabus arcis argento linitis, cum suis crystallis: in una scilicet sacram reliquam sancti Flaviani martyris et in altera sancti Vitaliani martyris, cum instrumento episcopali diei 11 iulii 1713, donatas a domino Bernardo Franchino, quas approbavit. Altare sancti Hieronymi cum portatili, de iure nobilis familiae dominorum marchionum de Ionis veronensis, a qua de [7^v] omnibus manutenetur. Celebratur in eo ex legato una missa quolibet mense et die festo sancti Hieronymi; sunt in totum missae 13 in anno. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, marmoreum cum portatili, manutentum a societate eiusdem beatae Mariae Virginis, ibi antiquitas erecta, ex cuius devotione celebratur praecipue prima qualibet dominica cuiuslibet mensis et die festo sanctissimi Rosarii. Altare sanctae Cattarinae martyris, cum portatili, de ratione nobilium dominorum marchionum de Pindemontibus, cuius est onus manutenendi de omnibus, cum legato unius missae semel in mense et celebrari faciendi die festo sanctae Catharinae, cui oneri satisfit. Vidit chorum ac sacristiam nec non sacras suppellectiles pro missa celebranda ac divinis officiis peragendis. Vidit suggestum, in quo concionatur diebus festivis quadragesimali tempore et concionator elligitur ab illustrissimo et reverendissimo domino episcopo veronensi, cum concione saepe saepius adnexa Sancti Petri in Cariano. Vidit totam ecclesiam, quae est filialis plebis Sancti [8] Floriani, a qua percipit provisionem et habet redditus ut in policea praesentata et in fine huius reposita sub littera A. Quibus absolutis, illustrissimus et reverendissimus praesul de recepit in aedes parrocchiales. Dum vero haec agerentur ab illustrissimo et reverendissimo domino episcopo, illustrissimus dominus vicarius visitationis equitando se contulit ad visitanda oratoria infrascripta, videlicet: [A margine: Oratorium Sanctae Concordiae] Visitavit publicum oratorium Sanctae Concordia de Nazario, infra limites Castrirupti, de iure societatis Sancti Alexii Veronae, quam ecclesiam ipsa societas cum scriptura 1685 cessit dominis de Garbis; propterea modo est de ratione excellentis domini iuris utriusque doctoris Gabrielis Garbi pro duobus tertiis et pro alio tertio de ratione haeredum quondam domini doctoris Augustini Garbi, a quibus manutenetur. Cum adesset dictus excellens iuris utriusque doctor Gabriel Garbo, interrogatus de oneribus missarum si quae sint, respondit in praedicta cessione nullum demandatum fuisse onus; caeterum traditum esse onera missarum existere in hoc oratorio adimplenda. Ex devotione inhabitantium celebratur diebus festivis stipe per ipsos tradita; modo celebrat [8^v] reverendus dominus Antonius Benetelli, sacerdos de Parona. Retro altare vidit sacristiam et sacras suppellectiles proprias huius ecclesiae, de quibus est pauperrime provisum. Vidit quoque sacras suppellectiles ab ipso eccellente domino doctore Gabriele Delabas, quibus utitur quando ex devotione celebrare facit, de quibus eius pietas decenter provisit. Vidit domum contiguam pro custode, cum ingressu in eandem ecclesiam et alio ingressu in chorum superiorem perantiquum. Ordinata. Missale romanum provideatur de novo canone – provideatur de novo portatili ad mensuram canonicam – fenestrae reducantur in formam decentiorem et muniantur speris vitreis – ad tolendas contentiones et pro maiori custodia ecclesiae, unica sit clavis ad usum compatronorum, quae reponatur et servetur in domo contigua poenes custodem, ad commodum uniuscuiusque patronorum, maxime cum talis sit consuetudo et attenta instantia super hoc excellentis domini iuris utriusque doctoris Gabrielis de Garbis praedicti – inherendo decreto ultimae visitationis diei 11 octobris 1717, curent domini compatroni [9] investigare onus missarum suprascriptarum et compellantur etiam via iuris qui ad tale onus tenentur, pro satisfactione et meminerint indignationis omnipotentis Dei si secus et cetera. Quibus habitis et cetera. [A margine: Oratorium Sancti Ioseph] Visitavit publicum oratorium alias sub invocatione Sancti Francisci, modo sub invocatione Sancti Ioseph, in contrata Mirandulae, infra limites Castrirupti, de ratione dominae Ursulae, relictae quondam domini Iosephi Roberti. Unicum habetur altare, cum portatile ex marmore et tribus statuibus item marmoreis compactum, una cum ianuis lateralibus lapideis, in quo celebratur quotidie, modo per admodum dominus Franciscum Galvanin, ex legato quondam domini de Rubertis, stipe tradita

ducatorum 80. Vidit retro altare sacras suppellectiles ac vasa sacra pro celebratione missae, de quibus est sufficienter provisum. In hoc oratorio habetur indulgentia plenaria die festo sancti Ioseph, cum brevi ad septennium die 28 februarii 1736 concessa pro visitantibus. [9^v] Ordinata. Sarciantur missalia et provideantur de missis novissimis – provideatur planeta coloris nigri cum stola, manipulo, bursa et velo – provideatur pagella pro praeparatione missae – provideatur alba, vulgo camise – altare provideatur de pulvinaribus saltem ex corio. Quibus habitis et cetera. [A margine: Oratorio Sancti Antonii Abbatis] Visitavit publicum oratorium Sancti Antonii Abbatis, in contrata Septimi infra limites Castrirupti erectum, de ratione communitatis Septimi, quae manutinet ecclesiam et sacristiam; quo vero ad ceras, vinum et hostias pro sacrificiis faciendis onus est capellani. Unicum extat altare ligneum, cum portatili et icone seu effigie ex ligno sculpta beatae Mariae Vrginis. A lateribus habet ianuas ligneas inducentes in sacristiam retro altare. Ibi celebratur diebus festivis et diebus ferialibus duobus in hebdomada, ex legato quondam Bartholomaeo Bardolini, per capellanum a communitate ellectum, qui est modo reverendus dominus Nicolaus Gavelli de [10] Piscantina, cum stipe ducatorum 61 ultra domum contiguam et agrum appellatum il *Campetto della Chiesa*, de quibus idem capellanus possessionem habet, sed eidem incumbit onus ultradictam manutationem cerarum, vini et hostiarum et dictam celebrationem missae estivae et bis in hebdomada celebrare faciendi duo officia die 25 iunii unum, et die 25 decembris alterum de missis septem pro quoque nec non recitandi litanias beatae Mariae Virginis quolibet sabbato et docendi doctrinam christianam, prout fusius expositum et super expositis decretum fuit in ultima visitatione diei 11 octobris 1717. Hanc ecclesiam visitantes die festo sancti Antonii Abbatis fruuntur indulgentia plenaria prout ex brevi apostolico diei 8 novembris 1736 ad septennium. Extat quoque privilegium pro confratribus defunctis societatis doctrinae christianae hic erectae, prout ex brevi pariter apostolico diei 27 aprilis 1737 ad septennium. Visitavit sacras suppellectiles, in sacristia retro altare servatas, de quibus satis est provisum. [10^v] Ordinata. Provideatur portatile altaris ad mensuram canonicam – provideatur pagella pro praeparatione missae – errigatur crux ferrea in culmine tecti. Quibus habitis et cetera. [A margine: Oratorium Sancti Antonii Patavini] Visitavit oratorium publicum Sancti Antonii de Padua, erectum infra limites Castrirupti, sub communitate Septimi, de ratione nobilis dominae Angelae, relictae quondam nobilis domini Ioannis Baptistae Monti, a qua manutinetur. Unicum habet altare ligneum cum portatili et icone. Ex legato quondam domini Caroli Morando celebratur omnibus diebus festivis et bis in qualibet hebdomada; ad praesens celebrat reverendus dominus Ioannes Bellotti, sacerdos de Piscantina. Die festo sancti Antonii patavini christifideles huc accedentes visitaturi fruuntur indulgentia plenaria, prout ex brevi apostolico sub datum Romae die 4 maii 1737, ad septennium concessa. Visitavit sacristiam, a cornu epistolae ecclesiae adnexam et ibi sacras suppellectiles pro sacro faciendo et bene provisum invenit. [11] Quibus absolutis, ad aedes parochiales se restituit. Coram quo et illustrissimo et reverendissimo domino episcopo, pro tribunali sedentibus, vocati comparuerunt: admodum reverendus dominus Ioannes Franza, sacerdos aetatis annorum 66 circiter, rector Sancti Ulderici Castrirupti, cum bullis episcopalibus diei 17 martii 1718, quas ostendit et praesentavit policeas iuxta aedictum, repositas sub litera A nec non libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum, defunctorum et status animarum, quos visitavit et bene tentos invenit. Interrogatus subinde fuit de suo clero et populo, et de omnibus bene retulit nihilque de quo indoleat habere fassus est. Eo dimisso, comparuerunt: reverendus dominus Franciscus Galvanini de Nigrario, curatus huius ecclesiae parochialis Sancti Ulderici, aetatis suae annorum 42 circiter. Reverendus dominus Innocentius Marani, sacerdos de Arbitiano annorum 45. Reverendus dominus Philippus Banda, sacerdos de Castrorupto, capellanus Corubii aetatis suae annorum 33. Reverendus dominus Dominicus Riolfi, sacerdos de Castrorupto aetatis suae annorum 29 circiter. Reverendus dominus Nicolaus Garello, sacerdos de Castrorupto [11^v] aetatis annorum 66 circiter, cui, praevio examine, concessum fuit mandatum sacramentales confessiones excipiendi ad annum pro cura dicti loci. Venerabilis clericus Florianus Peroni de Castrorupto, aetatis suae annorum 19 circiter, in minoribus ordinibus constitutus. Qui omnes, cum debita deveneratione, obtulerunt suorum respective ordinum et confessionis mandata. Comparuerunt principaliores fide digni huius parochiae et loci Castrirupti et interrogati de reverendo rectore eiusque munere, de clero et populo, de omnibus recte responderunt, gratias agentes suae illustrissimae dominationi pro eis collato suae pastoralis visitationis beneficio. Illustrissimus dominus vicarius visitationis quatuor per examen expertus est obstetrices, quas bene instructas invenit quoad baptismum conferendum in casu necessitatis. Quibus absolutis, paratum prandium sumpsit et a prandio, factis prius sequentibus ordinatis pro hac parochiali ecclesia Sancti Ulderici, suam pastorem visitationem, recitato in ecclesia *De Profundis*, clausit et [12] ad Sanctum Florianum iter arripuit. Ordinata. Provideatur fanale maius quod praecedat dum ad infirmos Sacramentum defertur – tempore paschali distribuatur communicatis schedae typis traditae – quando deferri debet sanctissimum Sacramentum ad infirmos, dentur signa in sero ad convocandum populum pro abundantiori associatione – provideatur castrum doloris seu pannus mortuorum

pro exequiis - fons baptismalis circum claudatur rastris seu cancellis saltem altitudinis hominis et muniantur sera et clavi – in eodem fonte servantur olea sancta necessaria pro baptisate conferendo – restauretur decenti forma sacrarium – provideatur vasculum pro servando sale – firmetur ciborium et muniantur sera et clavi pro tutiori custodia – instauretur arcula oleorum sanctorum et eius sera sarciatur – super ostiolo eiusdem arculae pingatur inscriptio litteris maiusculis *Olea Sancta* - |12^v| firmetur portatile altaris maioris et obturentur eius rimulae – provideatur effigies Domini nostri Iesu Christi resurgentis, erigenda tempore paschali – provideatur icona erigenda in choro – altare sancti Hieronymi provideatur de pulvinaribus – firmetur portatile altaris sanctae Catharinae martyris et eiusdem rimulae obturentur – provideatur custodia decens, hoc est tabernaculum, pro asservando Sacramento feria quinta in Coena Domini – confessionalia muniantur tabella casuum resservatorum et imagine devota a parte poenitentis – provideatur planeta coloris nigri, cum stola, manipulo, bursa et velo – provideantur duo patenae ex argento inaurato – calix indigens firmetur in pede – provideatur pellicula pro urceolis – provideatur turibulum cum navicula – conficiatur liber pro describendis nominibus sacerdotum ibi celebrantium – specula protendens in ecclesiam destruat et reducat ad formam fenestellae cum sua crate, ita ut non excedat murum ecclesiae. |13| Die mercurii 24 septembris 1735 a prandio. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, multis admodum reverendi rectoris Castrirupti illiusque cleri et populi amoris gratique animi et venerationis argumentis paterna benignitate correspondens et ad Dei cultum, ecclesiae decus, ad pacem et concordiam ac ad animarum salutem hortans et confovrens, illis benedixit et quadriga ascendens, militibus Castrirupti praeceuntibus multisque associantibus, Castrorupto relicto, ad plebem Sancti Floriani iter fecit.

[A margine: SAN FIORAN] Ad eiusdem plebis confinia obvios habuit milites eiusdem loci, de eius adventu frequentibus explosionibus letantes; iter progrediens, obvium pariter habuit admodum reverendum archipraesbyterum dominum Petrum Peretti, eius clerum et utriusque sexus scolam doctrinae christianae, pias laudes decantantem, a quibus omnibus debito obsequio exceptus, ad domum parochialem ductus fuit, ubi suam posuit mansionem et incoenatus pernoctavit. Die iovis 25 septembris 1738 mane. Facto mane, omnibus opportune dispositis, illustrissimus et reverendissimus praesul, sub baldachino, a |13^v| quatuor nobilibus viris gestato, excipitur et, deosculata cruce sibi a domino archipraesbytero pluviali induto oblata, clero decantante *Benedictus* et cetera, ad ecclesiam progreditur. In eius limine sistens, facta aquae benedictae aspersione, ab admodum reverendo archipraesbytero triplici ductu thurificationis honorem recepit et solemniter inter frequentes explosiones et campanarum sonitus ecclesiam ingreditur. Ante altare maius genuflexus, Sanctissimum adoravit, solitis interim antiphonis decantatis, altare ascendit et, recitata oratione titularis, suam episcopalem benedictionem, praemisso *Confiteor* et cetera et indulgentiam impartitus est. Sedens in throno sibi a cornu evangelii parato, violaceis pontificalibus induitur et preces pro defunctis in ecclesia et coemeterio absolvit. Quibus expletis, induitur paramentis albis et, praemissa adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, in pixide argentea et tabernaculo ex marmoribus perpolitus confecto, honorifice et tute sub sera et clavi tentum; Sacramentum debitis temporibus renovari et cum eo in festo Corporis Christi processionem fieri dominus archipraesbyter confessus est. Sub hac plebe animae a communione 1236 circiter et in |14| totum 1828 circiter numerantur nullaque – Deo dante – extat inconfessa. Pro lampade et cereis tenetur ad manutentionem dominus archipraesbyter. Vidit thronum, baldachinum, umbellam, ostensorium, amygdalam, quinque fanalia caeteraque opportuna pro decora associatione Sacramenti. Deinde iterum praemissa adoratione, hymno et thurificatione, cum Sacramento populo benedixit et a reverendo archipraesbytero illo in tabernaculo reposito, in throno se praeparat pro sacrosancta missa celebranda. Sacerdotalibus indutus, celebrat et subinde propriis manibus frequenti populo utriusque sexus angelicum Panem erogavit. Facta autem gratiarum actione, in parochiales aedes se recepit. Ordinata. Firmetur crux in culmine pixidis – provideatur thronus decens pro expositione sanctissimi Sacramenti – provideatur pixis parva, ad usum deferendi Sacramentum ad infirmos - |14^v| distribuantur schedae communicatis in Paschate – provideatur decens custodia pro hebdomada maiori. A prandio eiusdem diei 25 septembris 1738. Per consueta signa convocato populo, illustrissimus et reverendissimus praesul, sub baldachino ut ante receptus, in dictam ecclesiam parochialem descendit et, facta adoratione ante sanctissimum Sacramentum, sancto et pio doctrinae christianae operi diligenter vacavit et qualis sit cultus et frequentia perquisivit nec non pueros et puellas per varias ac multas interrogationes, praecipue circa scitu necessaria ad aeternam salutem, paterna sollicitudine expertus est et – Deo dante – bene instructos invenit et, cum huiusmodi opus tanti sit momenti, enixe in Domino omnibus comendavit. Multo subinde utriusque sexus christifidelium numero Confirmationis sacramentum non sine labore ministravit et, iam defatigatus, ad aedes parochiales se restituit, quieti se tradidit et pernoctavit. Hoc interim illustrissimus dominus vicarius visitationis se contulit ad |15| visitanda oratoria infrascripta et visitavit [A margine: Oratorium Sancti Francisci] publicum oratorium Sancti

Francisci, in contrata Pedemontis infra limites plebis Sancti Floriani eleganter constructum, de ratione – ut fuit assertum – nobilis domini Aloysii Besi, a quo manutinetur. Unico constat altari marmoreo cum portatili et a lateribus ianuis item marmoreis; dictum fuit nullum extare onus missarum et tantum ex devotione ibi celebrari. Retro altare vidit sacristiam et ibi sacras suppellectiles ac vasa sacra pro sacro faciendo neccessaria et de omnibus bene provisum esse invenit. Ordinata. Paulisper elevetur portatile – firmetur et eius rimulae obturentur. Quibus habitis et cetera. [A margine: Oratorium Sanctae Sophiae] [*A questo punto è inserito un foglietto, poi sbarrato, con appunti relativi a questo oratorio, che ovviamente non vengono trascritti*] Visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium Sanctae Sophiae, in contrata eiusdem Sanctae Sophiae, infra limites plebis Sancti Floriani extractum, de ratione comunitatis Sanctae Sophiae, a [15^v] qua pauperime manutinetur. Ecclesia est perantiqua, cum unico altari ligneo cum portatili, in quo ex devotione tantum celebratur, nullo vigente onere, ut fuit assertum. Retro altare vidit sacristiam et sacras suppellectiles ac vasa sacra pro missae celebratione et vix sufficienter esse provisum invenit. Annexum vidit coemeterium, ubi humantur cadavera mortuorum eiusdem contratae. Ordinata. Duae provideantur planetae, altera nigri altera violacei coloris, cum stolis, manipulis, velis et bursis – paulisper elevetur portatile, firmetur et eiusdem rimulae obturentur. Quibus habitis et cetera. [A margine: Oratorium Sancti Antonii Abbatis] Visitavit publicum oratorium Sancti Antonii Abbatis, nuncupatum *de Lenguino*, infra limites plebis Sancti Floriani, manutentum a reverendo domino Ioanne Petro et fratribus Petrocini tamquam eiusdem oratorii patronis. Unicum extat altare marmoreum [16] cum portatili et lateralibus ianuis, item lapideis. Ex legato quondam domini Antonii Zucco, hic sacrosanctum missae sacrificium celebrari debet singulis diebus festivis et feria quinta cuiuslibet hebdomadae, cui oneri satisfit ad praesens per reverendum dominum Ioannem Petrum Petrocini. Retro altare vidit sacras suppellectiles custoditas ac vasa sacra pro celebratione missae et sufficienter esse provisum invenit. Hoc oratorium visitantibus a summo pontifice concessa est indulgentia plenaria die festo sancti Antonii, prout ex brevi apostolico die 12 augusti 1735, ad septenium concessa. Ordinata. Erigatur crux ferrea in culmine tecti – patena posteriori in parte vel argento dealbetur vel in auro – sarciantur laudabiliter sperae vitreae. Quibus habitis, ad aedes parrocchiales se restituit, coenam sumpsit et pernoctavit. [16^v] Die 26 septembris 1738 mane. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, opportune omnibus dispositis, sub baldachino ut ante receptus, in ecclesiam descendit et, facta adoratione ante altare maius et absoluta praeparatione pro sacro faciendo, sacerdotalibus in throno indutus paramentis, sacrosanctum missae sacrificium peregit. Subinde debito decore nonnullos utriusque sexus christifideles propriis manibus coelesti sanctissimae Eucharistiae pane refecit et gratias Deo optimo maximo absolvit. His actis, visitavit olea sancta, in ostiolo a cornu evangelii tute sub clavi et decenter servata. Visitavit sacrum fontem baptismalem, in omnibus bene dispositum et sub rastris tute custoditum. Visitavit altare maius, divo Floriano dicatum, ex scelecto marmore, una cum tabernaculo nobili et eleganti forma elaboratum, de omnibus ab admodum reverendo domino archipraesbytero provisum et decore manutentum. Extat societas sanctissimi Sacramenti. [17] Vidit sacras reliquias sancti Floriani et sancti Theodori, in reliquiario seu capsula lignea repositas, intus clausas et quinque sigillis illustrissimi et reverendissimi domini Ioannis Francisci Barbadici episcopi veronensis, in cera hispanica posteriori in parte impressis obsignatas, sine tamen documentis, quas in sua veneratione reliquit. Visitavit chorum, in omnibus bene dispositum. Visitavit altare sanctorum Antonii et Ioseph, ex marmore constructum, de ratione nobilium dominorum de Soardis, ab ipsis manutentum. Adest onus duodecim missarum quolibet anno tempore quadragesimali, quas missas ad praesens celebrat reverendus dominus Stephanus Ruzenente, stipe tradita per dictos nobiles dominos de Soardis. Altare sanctae Luciae, marmoreum cum portatili, manutentum ab admodum reverendo domino rchipraesbytero, qui percipit redditus tronorum septem et marculorum quatuor. In eo celebratur ex devotione, nullo existente onere. Altare sanctissimi Corporis Christi, scilicet sanctissimi Sacramenti, ex marmore [17^v] elaboratum, cum portatili, manutentum de omnibus a societate sanctissimi Sacramenti, cuius massarius est Antonius Boari et consilarii sunt Antonius Somacampagna et Dominicus Ferrari. Ibi ex devotione celebratur et nulla onera extare assertum fuit. Altare beatae Mariae Virginis a Misericordia, ex marmore constructum, cum portatili, manutentum a reverendo cappellano seu rectore cappellaniae ibi erectae a quondam archipraesbytero de Occhis, cum oneribus celebrandi, coadiuvandi et manutenendi, prout expositum fuit in visitatione antecedenti habita die 5 octobris 1717, cuius cappellaniae modo est rector reverendus dominus Gaspar Peretti et est de iure patronatus eligendi rectorem pro tempore domini archipraesbyteri et primiceriorum sanctae Congregationis Cleri intrinseci Veronae et domini archipraesbyteri huius plebis Sancti Floriani. Altare sanctorum Rochi et Sebastiani, lapideum cum mensa marmorea, de ratione nobilium dominorum de Guanteriis, a quibus de omnibus manutinetur, in quo ex devotione celebratur. Altare sanctarum Clarae et Appolloniae ac sancti Floriani, lapideum cum [18] mensa marmorea, de iure ecclesiae, in quo celebratur ex devotione, nullo extante onere, ut fuit assertum. Altare beatae

Mariae Virginis Annunciatae, ex marmore elaboratum cum portatili, manutentum a societate eiusdem beatae Mariae Virginis ibi erecta piorum eleaemosinis, cum nullis sit ditata redditibus, cuius societatis massarius est Melchior Summacampagna et consilarii sunt Ioseph Ferrari et Hieronymus Zucco. Vidit confessionalia pro sacramentalibus confessionibus excipiendis et suggestum in quo concionatur tempore quadragesimali per electum ab illustrissimo et reverendissimo domino domino episcopo veronensi. Visitavit sacristiam ibique sacras suppellectiles ac vasa sacra pro sacro faciendo divinisque officiis peragendis et bene provisum esse invenit. Vidit totam ecclesiam, satis amplae formae, divo Floriano dicatam, quae est plebs cum clericis porcionantibus, in suis clericalibus nuncupatis 45 et confertur per concursum, iuxta formam sacri Concilii tridentini. Quibus absolutis, ad aedes parochiales reversus est. [18^v] Ordinata. Provideantur telae pro cooperiendis iconis altaris sanctorum Antonii et Ioseph, altaris Corporis Christi et altaris sanctorum Rochi et Sebastiani tempore Passionis – confessionale prope altare sancti Antonii muniatur imagine sacra et devota a parte poenitentium – confessionale vero ad altare sanctae Luciae muniatur cratibus ferreis cum foraminibus spissis. Haec peragente illustrissimo et reverendissimo domino domino episcopo, illustrissimus dominus vicarius generalis se contulit ad visitanda oratoria infrascripta et [a margine: Oratorium Sancti Nicolai] visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium Sancti Nicolai de Bure, infra limites plebis Sancti Floriani, de ratione nobilium dominorum comitum Ioannis et fratrum de Veritate Poeta, a quibus de omnibus manutentur. Fertur huiusmodi ecclesiam fuisse consecratam et maxime coligitur ex altaribus ibi existentibus consecratis, sed consecrationis dies minime agitur et ignoratur. Tribus constat altaribus, quae visitavit, scilicet: [19^v] altare maius, divo Nicolao dicatum, cum tota mensa consecrata ex marmore, cum ianuis lateralibus item marmoreis confectum. Extat onus celebrari faciendi singulis diebus festivis, ex legato quondam nobilis domini comitis Veritatis de Veritate Poeta, rogato in actis domini Novarini notarii die 6 septembris 1511, quod onus adimplet ad praesens reverendus dominus Ioannes Biancardi de Brentonico, stipe a praefatis patronis tradita. Altare sancti Sebastiani, cum tota mensa consecrata, ut ante manutentum. Altare beatae Mariae Virginis, item cum tota mensa consecrata et ut supra manutentum. Retro altare maius vidit sacristiam et sacras suppellectiles ac vasa sacra pro sacro faciendo et bene provisum esse invenit. Domum contiguam pro custodia eiusdem ecclesiae inhabitat devotus eremita Dominicus Baldassari de villa Nogaredi tridentinae diaecesis, etatis annorum 26, cum mandato curiae episcopalis, quod ostendit, die 4 iulii 1738, ad sex menses [19^v] confirmato. Ordinata. Sarciantur paramenta indigentia – erigatur crux ferrea in culmine tecti. Quibus habitis et cetera. [A margine: Oratorium Sancti Francisci] Visitavit publicum oratorium Sancti Francisci de Bure, erectum infra limites plebis Sancti Floriani, de ratione nobilium dominorum de Manfredis, a quibus manutentur. Oratorium hoc fuit a fundamentis excitatum – ut fuit assertum – a pietate quondam nobilis domini Danielis anno 1624. Unicum extat altare, ligneum cum portatili ac ianuis lateralibus et retro altare cum icone, in quo celebratur ex devotione. Huc accedentes visitaturi die festo sancti Francisci gaudent indulgentia plenaria, prout ex brevi apostolico die 9 septembris 1734, ad septenium concessum. Visitavit sacras suppellectiles et vasa sacra pro sacro faciendo, retro altare servatas et custoditas, de quibus bene provisum invenit. [20^v] Ordinata. Patena posteriori in parte vel dealbetur argento vel inauretur. Quibus habitis et cetera. [A margine: Oratorium Sancti Michaelis] Visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium Sancti Michaelis de Bure, infra limites plebis Sancti Floriani, de ratione nobilis domini comitis Ferdinandi Montenari, a quo de omnibus manutentur. Duo sunt altaria: maius ligneum cum portatili et altare beatae Mariae Virginis, item cum portatili et icone. Assertum fuit in hoc oratorio celebrari diebus festivis, ex devotione; ex legato vero quondam domini Beteloni celebrari missae sex in anno et modo suplere reverendum dominum Ioannem Franciscum Lonardi, sacerdotem de Marano, stipe percepta ex redditibus agrorum adiacentium. Visitavit sacras suppellectiles ac vasa sacra pro sacro faciendo, in armario custodita, cum careat sacristia. Vidit coemeterium, ubi humantur cadavera hominum communitatis de Bure ab admodum reverendo archipraesbytero Sancti Floriani. [20^v] Extat domus contigua, quam inhabitat devotus eremita tertii ordinis sancti Augustini Hieremias Allegrini de Fumane, aetatis annorum 28, cum mandato episcopali quod ostendit, die 30 maii 1738, ad sex menses dato. Domum vero praefatam non inhabitat solus dictus eremita, sed una simul sacerdos, ut ante celebrans. Ordinata. Patena posteriori in parte vel dealbetur argento vel inauretur. Quibus habitis et cetera. [A margine: Oratorium Sancti Petri] Visitavit publicum oratorium Sancti Petri de Bure, infra limites plebis Sancti Floriani, de ratione domini Antonii Crandi, a quo de omnibus manutentur; ex inscriptione ibi depicta argui potest huiusmodi oratorium aedificatum fuisse anno 1513. Unicum extat altare cum portatili et icone, in quo celebratur ex devotione. Retro altare vidit sacristiam ibique sacras suppellectiles et vasa sacra pro missa celebranda et sufficienter provisum invenit. [21^v] Ordinata. Portatile paulisper elevetur et eius rimulae obturentur – provideatur planeta coloris viridis cum manipulo, stola, velo et bursa – erigatur crux ferrea in culmine tecti. Quibus habitis, ad aedes parochiales se restituit et prandium sumpsit. Die dicta 26 septembris 1738 a prandio. Illustrissimus et

reverendissimus dominus dominus episcopus, una cum eius comitatu et honorifice associatus se contulit ad visitandam [a margine: Ecclesia Sanctorum Firmi et Rustici de Vargataria] ecclesiam Sanctorum Firmi et Rustici communitatis Vargatariae, infra limites plebis Sancti Floriani erectam, de ratione eiusdem communitatis Vargatariae, a qua de omnibus manentur. Duobus constat altaribus, quae visitavit, scilicet: altare maius, sub titulo sanctorum Firmi et Rustici, ex marmore confectum cum portatili, icone et ianuis lateralibus lapideis, manentum a communitate praedicta. Ibi vidit custodiam seu tabernaculum, in quo tamen non servatur perpetuo [21'] sanctissimum Sacramentum, sed eo utitur tantum de licentia admodum reverendi archipraesbyteri Sancti Floriani urgentibus casibus. Altare beatae Mariae Virginis, a latere evangelii, ex marmore elaboratum cum portatili, de omnibus manentum a societate eiusdem beatae Mariae Virginis, antiquitus – scilicet usque ab anno 1519, ut fuit assertum – erecta et gaudet privilegio pro defunctis confratribus die sabbathi, ut ex brevi apostolico diei 6 augusti 1733, ad septennium. Extant onera missarum, prout in policea praesentata, reposita sub littera B, scilicet unius missae de requiem in qualibet hebdomada, ex legato quondam Peroncini, quam celebrat reverendus dominus Gaspar Pereti et percipit redditus ut in dicta policea. Missae 15 in anno quondam reverendi domini Aloysii Raffa, quibus satisfit et percipiuntur fructus ut in dicta policea. Missae sex ex legato quondam Morandinae Lonardi et missae quatuor ex legato quondam Accordini in anno ad altare beatae Mariae Virginis, quibus satisfit. [22] Reverendus dominus Gaspar Pereti, sacerdos de Castrorupto aetatis annorum 32, celebrat singulis festivis diebus stipe ducatorum 30, tradita a communitate et percipit minalia 18 frumenti, 3 fabarum et bacetas 4 olei a dominis clericis dictae Plebis nec non minalia 3 frumenti a nobilibus dominis de Baronis, cum onere missarum 14 diebus festivis, ex devotione comunitatis. Residet in domo contigua et exercet ea omnia parochialia de licentia et assensu admodum reverendi archipraesbyteri, quae illi indulget exercenda in eadem comunitate Vargatariae, docendo etiam doctrinam christianam. Vidit confessionale, ibi existens de licentia admodum reverendi archipraesbyteri pro excipiendis confessionibus fidelium. Visitavit sacristiam, a latere evangelii erectam et ibi sacras suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missae nec non aprestamenta opportuna et necessaria pro associando sanctissimo Sacramento ad infirmos, attenta nimia distantia a plebe Sancti Floriani. Vidit coemeterium contiguum, ubi recitavit [22'] *De Profundis. Ordinata*. Altare maius provideatur de cerata et rimulae eius portatilis obturetur – obturetur locus seu ostium a latere evangelii existens – bancum impediens usum liberum confessionalis aptetur, ne impediatur vel comodiori in loco reponatur confessionale – sacra paramenta indigentia laudabiliter sarciantur – calix intus inauretur et patena restauretur. Quibus habitis et cetera. [A margine: Oratorium Sancti Marci] Visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium Sancti Marci seu Sancti Stephani, in contrata Putei infra limites plebis Sancti Floriani, de ratione communitatis Vargatariae, a qua de omnibus manentur. Duo in eo vidit altaria, scilicet: altare maius, ex marmore confectum, cum portatili et ianuis lateralibus item marmoreis, manentum [23] a dicta communitate, in quo celebratur ex devotione, nullo existente – ut fuit assertum – onere. Altare beatae Mariae Virginis Septem Dolorum, ligneum cum portatili, de iure nobilium dominorum comitum de Ottobinis, a quibus manentur et ibi celebratur ex devotione. Retro altare vidit sacristiam, in qua tamen non custodiuntur sacrae suppellectiles pro missa celebranda, sed deferuntur ab oratorio propinquo eiusdem communitatis Vargatariae. Vidit coemeterium annexum, in quo humantur cadavera hominum defunctorum Vargatariae. *Ordinata*. Altare maius provideatur de novo portatili ad mensuram canonicam – provideatur labellum pro aqua benedicta, affigendum in sacristia – fenestrae muniantur speris vitreis – altare beatae Mariae Virginis Septem Dolorum provideatur de novo portatili [23'] ad mensuram canonicam et claudatur a lateribus – coemeterium reparatur et ubi indiget sarciantur. Quibus habitis, reversus est ad aedes parochiales et pernoctavit. Die 27 septembris 1738 mane. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, volens sacrosanctum missae sacrificium peragere, debito cum honore receptus, in parochialem ecclesiam descendit. Ante altare maius genuflexus, sanctissimum Sacramentum adoravit et missam unius ex suis cappellanis audivit. Subinde ipse quoque sacrosanctum sacrificium absolvit redditisque Deo optimo maximo gratis, ad aedes parochiales reversus est. Instantiis autem sibi humiliter porrectis parte et nomine hominum communitatis Vargatariae, cupientium audiri super supplicatione heri per eos producta de dismembratione seu separatione a plebe Sancti Floriani, favorabiliter annuendo, idem illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, una cum illustrissimo domino vicario visitationis, pro tribunali sedit. [24] Coram quo comparuit excellens iuris doctor et advocatus dominus Ioannes Baptista Morando, cum assistentia hominum deputatorum communitatis Vargatariae et, plurimo obsequio inherendo supplicationibus heri per dictos homines et communitatem Vargatariae praesentatis et sub littera B repositis, pro separatione seu dismembratione a plebe Sancti Floriani, plurimis argumentis et carta tipografica docte et reverenter conatus est suadere dismembrationem supplicatam et super hac re animum suae illustrissimae et reverendissimae dominationis diligenter instruxit, implorans supplicationes praefatae communitatis exaudiri et ita et cetera.

Illustrissimus vero et reverendissimus dominus dominus episcopus et cetera, in suo iam facto decreto insistens, attentis maxime contradictionibus per dominum Simonem Cipriani et dominum Franciscum Guantieri hodie productis et sub littera B ut supra repositis, reservavis sibi post eius reditum Veronae statuere et decernere quidquid et cetera tamquam in visitatione et ita et cetera, omni et cetera. Subinde, de suo mandato vocati, comparuerunt [24^v] admodum reverendus dominus Petrus Peretti, sacerdos de Castrorupto aetatis annorum 53 circiter, archipraesbyter plebis Sancti Floriani de Sancto Floriano et ostendit bullas apostolicas de provisione huius beneficii, quod confertur per concursum, sub datum Romae 3 nonas ianuarii 1730 et mandatum executivum episcopale diei 15 februarii 1731; ostendit pariter mandatum vicariae foranae diei 20 aprilis 1731, cum subiectione ecclesiarum Sancti Floriani de Sancto Floriano, Sancti Petri de Marano, Sancti Ulderici de Castrorupto, Sancti Petri Incariani et Sancti Zenonis de Fumanis. Praesentavit quoque policeas iuxta aedictum, repositas sub littera B et ostendit libros parrocchiales baptizatorum, defunctorum et matrimoniorum et status animarum, quos inspexit. Interrogatus vero de suis sacerdotibus et clericis ac de suo populo, respondit recte et nihil habere de quo indoleat asseruit. Reverendus dominus Gaspar Peretti, sacerdos de Castrorupto aetatis annorum 32, confessarius et cappellanus Vargatariae. [25] Reverendus dominus Ioannes Veronesi, sacerdos de Castrorupto aetatis annorum 39 circiter, confessarius et curatus huius plebis. Reverendus dominus Stephanus Ruzzenente, sacerdos de Marano aetatis annorum 31, confessarius pro maribus et mulieribus infirmis tantum. Reverendus dominus Ioannes Maria Accordini, sacerdos de Vargataria aetatis annorum 64 circiter. Reverendus dominus Ioannes Biancardi, sacerdos de Brentonico aetatis annorum 58 circiter. Reverendus dominus Hieronymus Conati, sacerdos de Sancto Floriano aetatis annorum 28 circiter. Reverendus dominus Ioannes Franciscus Lonardi, sacerdos de Marano aetatis annorum 30 circiter, confessarius pro maribus et mulieribus infirmis tantum. Venerabilis clericus subdiaconus Donatus Zucco, aetatis annorum 22 circiter, de Sancto Floriano. Venerabilis clericus subdiaconus Iacobus Accordini de Vargataria, aetatis annorum 22 circiter. [25^v] Qui omnes, suum illustrissimum et reverendissimum praesules devenerantes, suorum respective ordinum et ad confessiones mandata ostenderunt. Comparuerunt prior doctrinae christianae, massarius et consiliarius societatis Annunciationis beatae Mariae Virginis et obtulerunt eorum libros; similiter massarius et consiliarius societatis sanctissimi Sacramenti, qui pariter obtulerunt suos libros et insuper asseruerunt societatem haerem esse quondam Sanctae Accordini pro medietate suae facultatis, prout in actis domini Seriatii notarii 1702 constat eius codicillum. Sumptis deinde a fide dignis diligentibus informationibus de admodum reverendo archipraesbytero, eius vita et moribus ac diligentia in eius munere fungendo nec non de clero et de omnibus bona habuit. Illustrissimus dominus vicarius visitationis expertus est Franciscam Villana, uxorem Bartholomaei Villani, obstetricem annorum 50 circiter et bene instructam invenit. Quibus habitis, prandium sumpsit. [26] A prandio eiusdem diei 27 septembris 1738. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus in praefatam ecclesiam descendit et cum *De Profundis* suam pastorem visitationem huius plebis Sancti Floriani de Sancto Floriano clausit et absolvit. Subinde, plurimum deveneratus ab admodum reverendo archipraesbytero, clero et populo cum gratiarum actione pro impartito munere suae pastoralis visitationis, associatus ab admodum reverendo archipraesbytero praedicto et a nobiles dominis comitibus Iulio Ottolino et Iulio Caesare Peres nec non rusticanis militibus eiusdem loci stipatus, Maranum iter arripuit. Ad confinia, precedentibus militibus Sancti Floriani, obvios habuit homines armatos Marani, quibus praeeuntibus inter frequentes explosiones, iter progressus est. Non procul ab ecclesia occurrit admodum reverendus dominus Antonius Valcana, rector parochialis ecclesiae Marani ac scola doctrinae christianae, processionaliter disposita, a quibus obsequentissime exceptus, ad aedes parochiales ductus fuit, ubi suam mansionem statuit et incenatus pernoctavit.

[26^v] [A margine: Parochialis MARANI] Die dominico mane 28 septembris 1738. Omnibus opportune dispositis, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus praesul, sub baldachino receptus, a quatuor deputatis communitatis gestato, deosculata cruce a reverendo rectore porrecta in egressu parochialis, processionaliter perexit et, facta aquae benedictae aspersione receptoque thurificationis honore, solemniter illam ingressus est. Ante altare maius genuflexus, sanctissimum Sacramentum adoravit. Assenso deinde altare et recitata oratione titularis ecclesiae, populo benedixit praemissoque *Confiteor*, suam episcopalem indulgentiam impartitus est. In throno sibi parato violaceis paramentis indutus fuit et in ecclesia ac coemeterio solitas pro defunctis persolvit exequias. Sumptis deinde paramentis albi coloris, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, in tabernaculo marmoreo ad altare maius et in pixide argentea sub sera et clavi [27] tute custoditum. Sub hac cura, subiecta venerabili plebi Sancti Floriani, dixit reverendus rector extare animas a communionem 700, in totum vero 1123. Ante Sacramentum, quod debitis temporibus renovatur, lampadem accensam die noctuque manentem domini clerici Sancti Floriani, a quibus manentur etiam de cereis. Vidit ostensorium, baldachinum, umbellam, amigdalam,

thronum, fanalia aliaque opportuna pro decenti associatione Sacramenti ad infirmos, concurrente quoque societate sanctissimi Sacramenti, ibi erecta, cum aliquibus cereis. Postmodum in throno se pro missa celebranda praeparavit et, pontificalibus indutus, celebraturus ad altare maius accessit. Inter missarum solemnias, solitis adhibitis ritibus et caeremoniis a pontificali romano traditis, infrascriptos clericos de legitimo matrimonio natos debitisque requisitis [27^v] suffultos, servatis servandis, ad infrascriptum ordinem legitime promovit, videlicet. Ad diaconatum, Ioseph Viviani filium Ignatii, de Omnibus Sanctis Veronae, vigore brevis extra tempora diei 11 septembris 1738; Ioannem Baptistam Vaona de Alphaetto veronensis diaecesis, vigore brevis extra tempora nunciaturae apostolicae Venetiarum diei 26 iulii 1738; Antonium Brigo de Celsano vicentinae diaecesis cum dimissorialibus sui illustrissimi vicarii generalis capitularis sede vacante diei 28 augusti 1738. Hieronymum Danieli de Thoarica vicentinae diaecesis, cum dimissorialibus sui illustrissimi vicarii generalis capitularis sede vacante diei 30 augusti 1738. Praesentibus reverendis dominis Paulo ab Oleo et Iacobo Riva, ambobus sacerdotibus familiaribus suae illustrissimae et reverendissimae dominationis testibus et cetera. Missa absoluta, nonnullos utriusque sexus christifideles [28] eucaristico Pane refecit et actis Deo optimo maximo debitis gratiis, ad aedes parochiales reversus est et prandium sunpsit. Die dicta a prandio 28 septembris 1738. Convocato populo per consueta signa, illustrissimus et reverendissimus praesul, honorifice receptus et associatus, in ecclesiam descendit et, facta adoratione ante Sacramentum, pio salubrique operi doctrinae christianae vacavit et qualis sit frequentia, cultus ac peritia praecipue super neccessariis ad salutem diligenter perquisivit ac per examen pueros et puellas interrogando expertus est, quos satis instructos invenit; tamen, cum de re tam neccessaria agatur, omnes in Domino monuit et hortatus est omni sollicitudine tam sanctum opus frequentare, sumopere collere et in eo numquam deficere. Postmodum quamplurimis utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum administravit et ad aedes parochiales reversus est ac incenatus pernoctavit. [28^v] Illustrissimus vero dominus vicarius visitationis, dum haec a presule agerentur, ad visitanda oratoria infrascripta se contulit et visitavit [a margine: Oratorium Sancti Caroli] simplicem ecclesiam seu publicum oratorium Sancti Caroli de Canzago, infra limites parochialis ecclesiae Marani erectum, de ratione nobilium dominorum comitum de Portis veronensibus, a quibus honorifice manutinetur. Unicum habetur altare ex marmore, cum portatili et ianuis item marmoreis confectum. Pietas quondam nobilis domini Laurentii comitis Porta oratorium ipsum, cum publico instrumento in actis domini Ioannis Francisci Veniteo notarii diei 8 septembris 1723, dotavit. Nobilis vero et reverendissimus dominus Ioannes Petrus comes Porta, iuris utriusque doctor, canonicus archidiaconus cathedralis Veronae, alio publico instrumento in actis domini Iosephi Bovio notarii diei 2 iunii 1733, et sua devotione et pietate statuit et ordinavit missam celebrandam singulis diebus festivis et diebus Sancti Caroli et sancti Zenonis illamque assignavit nobili domino comiti Antonio Porta, eius fratri. [29] Vidit sacras reliquias sancti Caroli, sancti Philippi Nerii et sancti Francisci de Sales, suis documentis munitas et in curia episcopali recognitas. Christifideles hoc oratorium visitantes die festo sancti Caroli gaudent indulgentia plenaria ut ex brevi apostolico, ad septenium die 2 ianuarii 1731 concessa. Retro altare vidit sacristiam ibique sacras suppellectiles et vasa sacra, pro sacro faciendo, quam decore et abunde provisam invenit, ita ut plurimum patronorum pietatem comendavit. [A margine: Oratorium Sancti Georgii] Visitavit publicum oratorium Sancti Georgii, in contrata Purani, infra limites parochialis ecclesiae Marani erectum, ab eodem contrata de omnibus manutentum, a cuius pietate fuit recenter pro medietate reaedificatum. Habetur unicum tantum altare ligneum cum portatili; ubi assertum fuit celebrari diebus festivis ex devotione hominum dictae contratae, nullo existente missarum onere. [29^v] Retro altare servantur paramenta sacra pro celebratione missae, quae visitavit et sufficienter provisum esse invenit. Vidit coemeterium contiguum, quod inservit pro humandis cadaveribus defunctorum eiusdem contratae Purani. Ordinata. Provideatur planeta coloris viridis, cum manipulo, stola, velo et bursa – fenestrae provideantur et muniantur speris vitreis – erradantur herbae coemeterii et igni tradantur ac arbor in ipsum tendens succidatur. Quibus habitis et cetera. [A margine: Oratorium Sanctae Mariae Vallis Viridis] Visitavit simplicem ecclesiam Sanctae Mariae Vallis Viridis, in sumitate montis, infra limites parochiae Marani extractum, de ratione eiusdem communitatis, a qua de omnibus manutinetur et est ex devotione plurimum frequentata. Tribus est compacta altaribus, quae visitavit, scilicet: altare maius, ex marmore eleganter constructum, cum [30] ianuis lateralibus item marmoreis ac portatili et statua eiusdem beatae Mariae Virginis. Celebratur singulis diebus festis et aliis diebus, stipe tradita a communitate. Altare beatae Mariae Virginis Septem Dolorum, recenter ex marmore aedificatum piorum eleemosinis cum portatili, a societate perantiqua ibi existente manutentum, in quo celebratur aliquando ex devotione. Altare sancti Antonii abbatis, ligneum cum portatili et celebratur ex devotione. Visitavit sacristiam, a latere evangelii existentem et ibi sacras suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missae et bene provisam invenit. Vidit suggestum et confessionalia, de licentia reverendi rectoris ibi existentia pro commoditate concurrentium populorum in solemnitatibus. Vidit etiam coemeterium

contiguum et domum in qua residet eremita pro custodia eiusdem ecclesiae, qui modo est devotus Ioseph Borghi de Podio Mantuano, [30^v] aetatis annorum 62, cum mandato episcopali ad sex menses diei 6 septembris 1738, quod ostendit. Christifideles huc accedentes visitaturi gaudent indulgentia plenaria die festo Annunciationis beatae Mariae Virginis, vi brevis apostolici ad septennium concessi diei 25 februarii 1737. Quibus habitis et cetera. [A margine: Oratorium Sancti Rocchi] Visitavit publicum oratorium Sancti Rocchi de Manerba, infra limites parochialis ecclesiae Marani erectum, de ratione eiusdem communitatis, a qua de omnibus manutinetur. Vidit unicum altare, ligneum cum portatili et ianuis lateralibus nuceis. Celebratur ex devotione, ut assertum fuit. Vidit sacras suppellectiles pro celebratione missae, retro altare custoditas et satis provisum esse invenit. Quibus habitis, ad parochiales aedes reversus est. Die 29 septembris 1738 mane. Illustrissimus et reverendissimus praesul, suam pastorem visitationem prosecuturus, in ecclesiam ut ante descendit et, facta [31] adoratione ante Sacramentum, praeparationem emisit pro missa celebranda. Sacrosanctum missae sacrificium celebravit, quo absoluto nonnullis utriusque sexus christifidelibus eucharisticum Panem erogavit et Confirmationis sacramentum ministravit. Postmodum visitavit olea sancta, a cornu evangelii in loculo marmoreo sub sera et clavi bene custodita, quae reverendus rector recipit a plebe Sancti Floriani die sabbathi santi, quo die idem rector ut diaconus inservit archipraesbytero plebano Sancti Floriani praedicti. Fontem baptismalem, in quadam capellula a cornu evangelii in fine ecclesiae repositum, de quo ordinavit ut infra. Unicum vidit confessionale nucem, pro excipiendis sacramentalibus confessionibus fidelium. Altare maius, sub invocatione Sancti Petri, marmoreum cum portatili, ianuis lateralibus lapideis, choro et ibi icone. Manutinetur a dominis clericis Sancti Floriani, communitate [31^v] et societate sanctissimi Sacramenti, ibi existente. Sunt onera missarum prout in policea praesentata et sub littera C reposita, videlicet: missae 4 in anno ex legato quondam Iulii Zardin, missae 6 ex legato quondam Ioannis Baptistae Fattori, missae 6 ex devotione confratrum societatis. Altare sancti Dionisii, lapideum in mensa et gradibus, cum portatili, piorum eleemosinis manutentum, in quo celebratur ex devotione. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, marmoreum in mensa et gradibus, cum portatili, manutentum de omnibus a societate eiusdem beatae Mariae Virginis, ibi existente. Onera missarum sunt: missae quatuor in anno ex legato quondam Iulii Zardin, missae novem pro reverendo domino Valentino Bonazzi, missae viginti quatuor ex legato quondam Bartholomaei Carrara, missae duodecim, una scilicet pro prima qualibet dominica cuiuslibet mensis pro confratribus. Quaedam alia sunt legata in eadem policea expressa, cui et cetera. Visitavit sacristiam prope corum a latere evangelii et [32] ibi sacras suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missae et sacris functionibus peragendis et competenter provisum invenit. Vidit totam ecclesiam et coemeterium ac subinde in aedes parochiales se recepit. Illustrissimus dominus vicarius visitationis quatuor obstetrices, scilicet: Margaritam uxorem Ioannis Baptistae Spada, aetatis annorum 45; Dominicam uxorem Ioannis Zaneti, aetatis annorum 50; Angelam relictam quondam Ioannis Cola, aetatis annorum 48 et Appoloniam, relictam quondam Hieronymi Borgheto, annorum 60, expertus est et bene instructas invenit de sacramento baptismatis in casibus necessitatis pueris periclitantibus conferendo. Coram vero illustrissimo et reverendissimo praesule, cum assistentia illustrissimi domini vicarii visitationis, pro tribunali sedente, vocati comparuerunt: admodum reverendus dominus Antonius Valcava, sacerdos aetatis annorum 72 circiter, rector huius parochialis ecclesiae Sancti Petri de Marano, quam per concursum obtinuit et ostendit [32^v] bullas episcopales diei 7 iulii 1714 nec non praesentavit policeam iuxta aedictum, repositam sub littera C; libros quoque parochiales baptizatorum, matrimoniorum, mortuorum et status animarum et, interrogatus de suo clero et populo, de utroque bene respondit. Reverendus dominus Carolus Fracaroli, sacerdos de Breonio, cappellanus et curatus eiusdem ecclesiae Marani. Reverendus dominus Franciscus Lonardi, sacerdos de Sancto Floriano, confessarius. Reverendus dominus Appolinaris Spada, sacerdos de Marano aetatis annorum 26. Reverendus dominus Franciscus Lorenzi, aetatis annorum 26. Venerabilis clericus lector Antonius de Fasoli de Marano, aetatis annorum 19. Venerabilis clericus in minoribus constitutus Antonius Zardini, annorum 20. Reverendus dominus Bartholomaeus Spada, sacerdos de Marano annorum 24 circiter. [33] Qui omnes, debita cum deveneratione, suorum respective ordinum et confessionis mandata obtulerunt. Comparuerunt quoque massarii sanctissimi Rosarii, sanctae Mariae Vallis Viridis et sanctissimi Sacramenti, cum eorum respective libris et asseruerunt onera adimpleri. Sumptis diligentibus informationibus a principalioribus loci de vita, moribus et diligentia parochi in eius munere adimplendo et bene relatam fuit. Post haec, factis infrascriptis ordinationibus, prandium sumpsit. Ordinata. Provideatur alia pixis minor ex argento intus inaurata – clavis tabernaculi ferrea vel inaretur vel fiat argentea – provideatur fanale maius, praecedens in delatione Sacramenti ad infirmos – fons baptismalis provideatur de conopeo quo cooperiatur – eiusdem rastra fiant altiora et muniantur sera et clavi, [33^v] ut tute custodiantur – forus seu specula prospiciens ex coquina in ecclesiam omnino obturetur – patena indigens inaretur. A prandio eiusdem diei 29 septembris 1738. [A margine: Ecclesia Sancti Eustachii]

Illustrissimus dominus vicarius visitationis visitavit simplicem ecclesiam campestram Sancti Eustachii, infra limites parochialis ecclesiae Marani, de ratione domini Ioannis Baptistae patris, reverendi domini Francisci et fratrum de Laurentiis. Unicum vidit altare parvum et indecens, multis abhinc annis suspensum prout et ipsa ecclesia, de omnibus destituta. Cum ibi adesset dominus Ioannes Baptista de Laurentiis praedictus, humilem supplicationem porrexit ut dignaretur, sublata suspensione, ecclesiam ipsam ad pium cultum restituere et ita et cetera. Illustrissimus dominus vicarius praedictus, audita supplicatione praemissa, mandavit in primis altare demoliri et ampliorem decencioemque in formam reaedificari et de omnibus [34] necessariis pro missa celebranda provideri, de quorum executione cum docuerit, tunc esse exaudiendam supplicationem censuit, statuens interim ecclesiam ipsam debita cum reverentia custodiri et ita et cetera, omni et cetera. Illustrissimus et reverendissimus praesul, clausa visitatione sua pastoralis huius parochialis ecclesiae Marani, cum *De Profundis* in eadem ecclesia recitato receptisque plurimae devenerationis argumentis ab admodum reverendo rectore, clero et populo, ad parochialem ecclesiam Sancti Petri in Cariano iter suscepit. Superveniente vero pluvia et instantiis admodum reverendi domini Petri Peretti, archipraesbyteri Sancti Floriani, obsequentissime porrectis, indulgens, in eius parrocchiali domo diversatus est et incenatus pernoctavit. Die 30 septembris 1738 mane. [A margine: Parrocchialis Sancti Petri in Cariano] Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, facto mane, iter suum ad parochialem ecclesiam Sancti Petri in Cariano prosecutus est. Ad confinia, clangentibus tubis et belicis tormentis salutatus, obvium habuit populum dicti loci, quo praeunte [34'] ad parochialem domum ductus fuit, ubi se obtulit admodum reverendus dominus Franciscus Masenti, octogenarius rector eiusdem ecclesiae, suam illustrissimam et reverendissimam dominationem plurima deveneratione excipiens. In aedibus parochialibus aliquantisper quievit; deinde, longioribus indutus, sub baldachino, a quatuor scelectis hominibus gestato, receptus, deosculata cruce a reverendo rectore porrecta in egressu domus, ad parochialem ecclesiam processionaliter petiit et, ante fores facta aspersione aquae benedictae et thurificationis honore recepto, illam per solitas caeremonias solemniter ingressus est. Ante altare maius genuflexus, sanctissimum Sacramentum adoravit et, consuetis persolutis, altare ascendit, populo benedixit et suam episcopalem indulgentiam impartitus est. In throno a latere evangelii sibi parato, pontificalibus coloris violacei indutus, exequias pro defunctis in ecclesia et coemeterio – quod et visitavit – absolvit. Sumpto postmodum paramento albi coloris, debita [35] cum adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, in pixide argentea et tabernaculo marmoreo ad altare maius sub clavi tute custoditum. Sub hac cura numerantur animae a communione 428, in totum 638. De lampade nocte dieque ante Sacramentum accensa et de cereis manutinet comunitas dicti loci. Vidit aliam parvam pixidem argenteam, amigdalam, ostensorium, baldachinum – sed mutuatum – umbellam, tronum et quatuor fanalia aliaque opportuna pro associando sanctissimo Sacramento ad infirmos. Reposito augustissimo Sacramento, sacerdotalibus indutus sacrosanctum missae sacrificium peregit et postmodum eucharistico Pane quamplures utriusque sexus christifideles cibavit; et, actis Deo optimo maximo gratiis, in aedes parochiales se recepit et prandium sumpsit. [35'] A prandio eiusdem diei 30 septembris 1738. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, per solita signa populo convocato, in parochialem ecclesiam ut ante descendit et, facta adoratione ante Sacramentum, sancto ac salubri doctrinae christianae operi vacavit et pueros ac puellas per examen diligenter expertus est et bene instructos invenit hortatusque est omnes enixe in Domino ut tam sanctum, tam ad animarum salutem proficuum et necessarium opus omni studio et diligentia frequentent. Subinde utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum administravit. Post haec ad aedes parochiales reversus est et incenatus pernoctavit. Illustrissimus vero dominus vicarius visitationis se contulit ad visitanda oratoria infrascripta et visitavit [a margine: Oratorium Sancti Ioseph] publicum oratorium Sancti Ioseph, intra limites Sancti Petri in Cariano erectum, de ratione nobilis et reverendissimi domini Michaelis Sbadachia, canonici cathedralis Veronae, a quo [36] de omnibus manu quod onusteneretur. Unicum habetur altare, marmoreum cum portatili, in quo celebratur ex devotione, cum nulla assertum fuerit extare onera. Visitantes oratorium hoc die Patrocinii Sancti Ioseph fruuntur indulgentia plenaria, ut liquet ex brevi apostolico, ad septennium die 23 februarii 1737 concessio. Vidit sacristiam contiguam, a latere evangelii constructam et de omnibus ad sacrum faciendum necessariis bene esse provisum invenit. Quibus habitis et cetera. [A margine: Oratorium Sanctae Clarae] Visitavit publicum oratorium a 30 circiter annis – ut fertur – erectum, divae Clarae dicatum, infra limites parochialis ecclesiae Sancti Petri in Cariano, de ratione cominutatum totius Vallis Pulicellae, a quibus de omnibus decenter manuteneretur. Unicum extat altare, marmoreum cum portatili et ianuis lateralibus item marmoreis, ubi consilium eiusdem Vallis Pulicellae celebrare facit ex devotione singulis festivis diebus et bis vel ter [36'] in hebdomada, stipe tradita ducatorum 65, quas missas ad praesens celebrat reverendus dominus Hieronymus Conati, sacerdos de Sancto Floriano. Vidit retro altare custoditas sacras suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missae et bene

provisum esse invenit. Ordinata. Patena posteriori in parte vel argento dealbetur, vel inauretur. Quibus habitis et caetera. Visitavit publicum oratorium Praesentationis Beatae Mariae Virgini, infra limites Sancti Petri in Cariano, de ratione nobilis domini comitis Ioseph Rovereti et nepotum, a quibus de omnibus manuteneretur. Fertur fuisse erectum et Beatae Virgini Mariae dicatum anno 1588. Unico constat altare ligneo, cum portatili et ianuis lateralibus pariter ligneis. Ex legato – ut fuit assertum – quondam Honufrii Capello et de Montesiis, ibi celebratur singulis diebus festis et bis in [37] hebdomada, quod onus modo adimplet reverendus dominus Evangelista Galvani, sacerdos de Sancto Petro praedicto, stipe ducatorum 60 tradita a praefato nobili domino Ioseph Rovereti. Retro altare servatas vidit sacras suppellectiles pro missa celebranda et ordinavit ut sequitur. Ordinata. Patena inauretur anteriori in parte et in parte posteriori dealbetur – sacrae suppellectiles ubi indigent laudabiliter sarciantur – provideatur planeta nigri coloris cum stola, manipulo, velo et bursa – super altare erigatur caelum quo totum cooperiatur. Quibus habitis et coetera. Die prima octobris 1738. Illustrissimus et reverendissimus dominus praesul antedictus, facto mane, ut ante ad ecclesiam petiit et, praemissa adoratione ante Sacramentum et pia praeparatione pro missa celebranda, sacrosanctum missae sacrificium absolvit et aliquot [37] fideles sacra Communionem refecit. Postea, suam pastorem visitationem proseguendo, visitavit olea sancta, a latere epistolae in loculo ad hoc extracto sub sera et clavi custodita, quae recipiuntur a plebe Sancti Floriani, cuius archipraesbytero die sabbati sancti rector huius ecclesiae inservire debet. Fontem baptismalem, sub sera et clavi custoditum. Altare maius cum portatili, a communitate manutentum, in quo celebratur ex devotione, cum nullum sit onus. Ibi extat societas sanctissimi Sacramenti, nullis ditata reddibus. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii cum portatili, manutentum a societate eiusdem beatae Mariae Virginis, ibi erecta ex eleemosinis, cum nullos possideat redditus et celebratur ex devotione. Altare sancti Pancratii, cum portatili, a communitate manutentum, ubi celebratur ex devotione. Est privilegiatum pro confratribus doctrinae christianae. Vidit duo confessionalia, hinc inde a lateribus altaris [38] maioris reposita pro sacramentalibus confessionibus excipiendis. Visitavit sacristiam et sacras suppellectiles pro celebratione missae et sacris functionibus peragendis, de quibus sufficienter provisum invenit. Vidit sugestum et concionator tempore Quadragesimae eligitur ab illustrissimo et reverendissimo domino episcopo veronensi. Vidit totam ecclesiam, non consecratam, filialem plebis Sancti Floriani, a qua recipit provisionem, prout in policea praesentata et sub littera D reposita. Hoc interim illustrissimus dominus vicarius visitationis infrascripta oratoria visitaturus iter fecit et visitavit [a margine: Oratorium Sanctae Luciae] publicum oratorium Sanctae Luciae, infra limites Sancti Petri in Cariano, de ratione nobilium dominorum comitum Antonii et Ioannis Iacobi fratrum de Pullis, a quibus de omnibus manuteneretur. Unicum extat altare ligneum, cum portatili ac statua beatae Mariae Virginis lignea inaurata, in quo celebratur omnibus diebus festis, ex legato quondam [38] Aletiphili Fumanelli, quod onus adimplet ad praesens reverendus dominus Scipio Saibante veronensis. Vidit sacristiam annexam, quam de sacris suppellectilibus pro celebratione missae bene provisam invenit. Quibus habitis et cetera. Visitavit oratorium privatum in propriis aedibus nobilium dominorum comitum de Saibantis, in aede terrena decenter ex muro extractum, a domesticis usibus liberum, infra limites parochialis ecclesiae Sancti Petri in Cariano existens, ex indulto apostolico et de licentia episcopali, in cuius altari cum portatili celebratur ex devotione et comodo dominorum comitum praedictorum, ad normam indulti apostolici. Vidit sacras suppellectiles, de quibus bene est provisum. Ordinata. Portatile altaris tantisper elevetur et obturentur eius rimulae – patena posteriori in parte vel argento dealbetur vel inauretur. [39] Quibus habitis, ad aedes parochiales se restituit. Coram illustrissimo et reverendissimo domino episcopo, cum assistentia illustrissimi domini vicarii visitationis, pro tribunali sedente, vocati comparuerunt: admodum reverendus dominus Franciscus Masenti, sacerdos veronensis aetatis annorum 80 circiter, rector Sancti Petri in Cariano, quod beneficium est iuris patronatus eligendi et praesentandi pro uno voto admodum reverendi archipraesbyteri et clericorum venerabilis plebis Sancti Floriani et pro alio voto communitatis et hominum Sancti Petri in Cariano et ipse obtinuit die 3 decembris 1693, cum bullis episcopalibus in vim praesentationis ut ante de se factae die 18 novembris 1693, quas bullas ostendit et praesentavit policeas iuxta aedictum, sub littera D repositas; obtulit pariter libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum et mortuorum ac status animarum. Interrogatus vero de suo clero et populo, recte respondit. Reverendus dominus Ignatius Andreas Fraccaroli de Sancto Petro in Cariano, aetatis annorum 38, confessarius. Reverendus dominus Scipio Saibante veronensis, aetatis annorum 52 circiter. [39] Reverendus dominus Ioannes Evangelista Galvani, sacerdos de Sancto Petro praedicto aetatis annorum 27 circiter. Reverendus dominus Aloysius Fiorato Alegri, sacerdos de Sancto Petro in Cariano aetatis annorum 25 circiter. Qui, dominationem suam illustrissimam et reverendissimam obsequentes, suorum respective ordinum et confessionis mandata praesentaverunt. Comparuerunt pariter massarii et consiliarii societatum sanctissimi Sacramenti et beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii et asseruerunt nulla habere onera missarum nullosque

redditus possidere. Sumpsit postea ex fide dignis diligentes informationes de vita, moribus ac diligentia admodum reverendi rectoris in eius munere fungendo et bene relatum fuit quo ad vitam et mores reverendi rectoris; quo vero ad exercitium parochiale, indigere auxilio ob eius ingravessentem aetatem, qua impotens fit ad illud diligenter praestandum, prout etiam occulariter dominatio [40] sua illustrissima et reverendissima inspicere potest. Quibus absolutis, ordinavit ut infra et prandium sumpsit. Ordinata. Amigdala intus inauretur – provideatur baldachinum et aliud fanale pro decenti associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos – publicentur indulgentiae impartitae associantibus Sacramentum – communicatis in Paschate distribuantur schedae typis traditae – provideantur velum superumerale et tobaleae ad usum communionis – locus pro servandis oleis sanctis fiat a cornu evangelii et super ostiolo pingatur vel incidatur inscriptio *Olea Sancta* – foramen fontis baptismalis fiat ea in parte per quam aqua fluere possit in sacrarium et ibi fenestella muniatur spera vitrea – altare maius provideatur de tela cerata et eius portatile [40^v] firmetur – altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii provideatur de tela cerata – altare sancti Pangratii provideatur de icona et novo portatili – confessionalia muniatur novis cratibus cum foraminibus spissis et sacris imaginibus a parte paenitentium ac tabella casuum resservatorum a parte confessoris – sarciatur pluviale albi coloris et deauretur patena – provideantur duo superpelicea et vestis talaris nigra – fenestrae ecclesiae provideantur de novis telaribus et muniatur speris vitreis – admodum reverendus dominus Franciscus Mesenti, rector huius parochialis, ob eius impotentiam non celebret sacrosanctum missae sacrificium sine assistentia sacerdotis et curet celebrare hora minus frequentata; insuper se absteineat a communionem fidelibus praestanda, ad evitanda inconvenientia nec non curet sibi providere de sacerdote qui eius vices peragat in cura animarum, [41] aliter nostrum erit providere. Quibus habitis et cetera. A prandio eiusdem diei primae octobris 1738. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, suam pastorem visitationem huius parochialis Sancti Petri in Cariano absolutam declarans, eam in in ecclesiam cum *De Profundis* clausit et plurimum deveneratus a clero et populo, quibus benedixit, a nobili domino comite Pule et comite Poeta Verità associatus, rusticanis militibus praeceuntibus, ad parochialem ecclesiam Sancti Zenonis de Fumanis iter aripuit.

[A margine: Parochialis Sancti Zenonis de FUMANE] Ad confinia, praefati nobiles domini comites, eorum praemissa deveneratione, recesserunt et obvios habuit nobiles dominos comites fratres a Turre, qui dominationem suam illustrissimam et reverendissimam humanissime ac devenerantes exceperunt et ad eorum palatium duxerunt, suam letitiam frequentibus explosionibus populo demonstrante. In aedibus praedicti palatii, una cum tota eius familia, suam fixit mansionem et pernoverunt. [41^v] Die 2 octobris 1738 mane. Illustrissimus et reverendissimus praesul, processionaliter utriusque sexus populo cum clero praeceunte et pias laudes decantante, a palatio praedictorum nobilium dominorum comitum a Turre, ab iisdem nobilibus dominis fratribus associatus, ad parochialem ecclesiam perexit. In aedibus parochialibus longioribus indutus fuit et, deosculata cruce in egressu domus a reverendo rectore porrecta, sub baldachino a quatuor selectis hominibus gestato receptus, ecclesiam – recepto in eius limine thurificationis honore – per solitas caeremonias solemniter ingressus est. Ante altare maius genuflexus, sanctissimum Sacramentum adoravit et, recitata oratione, ex altari populo benedixit et suam episcopalem indulgentiam, de suo mandato publicatam, impartitus est. In trono sibi parato pontificalibus violacei coloris indutus fuit et pro defunctis in ecclesia et coemeterio exequias absolvit. [42] Mutatis vero paramentis violaceis in paramenta alba, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, augustissimum Eucharistiae sacramentum, in tabernaculo marmoreo et pixide argentea decenter et tute custoditum, visitavit. Animae sub hac cura a communionem sunt 588, in totum vero 800, quarum nullam existere inconfessam asseruit reverendus rector. Lampadem ante Sacramentum accensam et de cereis manutinet communitas. Vidit ostensorium, amigdalam, umbellam, baldachinum, fanalia quinque, perpulcrum velum superumerale aliaque opportuna et necessaria pro sacra communionem infirmis praestanda sacris functionibus peragendis et processionibus faciendis, concurrente etiam cum quibusdam intortitiis ibi existente societate sanctissimi Sacramenti. Huiusmodi ecclesiae parochialis, divo Zenoni dicatae, quae non est consecrata, [42^v] est rector reverendus Iacobus Bagieta, aetatis annorum 53 circiter, cum bullis episcopalibus diei 3 martii 1731. Facta in trono, sibi a cornu evangelii parato, devota praeparatione et sacerdotalibus indutus, illustrissimus et reverendissimus praesul sacrosanctum missae sacrificium peregit. Quo absoluto, propriis manibus utriusque sexus christifideles paterna caritate eucharistico Pane cibavit. Post debitam Deo optimo maximo gratiarum actionem, ad aedes praedicti palatii nobilium dominorum comitum a Turre reversus est et prandium sumpsit. A prandio eiusdem diei 2 octobris 1738. Illustrissimus et reverendissimus praesul, suam prosequitur pastorem visitationem, ad praefatam ecclesiam Sancti Zenonis venit ibique, per solita signa convocato populo, in sancto opere doctrinae christianae se exercuit et diligenter pueros atque puellas per examen expertus est, quos bene instructos invenit; plurimum tamen in Domino huius sancti operis exercitium omnibus comendavit et in eo numquam deficere, [43] sed magis magisque colere et frequentare ad maiorem Dei gloriam

animarumque progressum hortatus est. Postea quampluribus utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit et ad praefatas aedes palatii nobilium dominorum comitum a Turre reversus est et pernoctavit. [A margine: Oratorium Sanctorum Sebastiani et Bernardi] Publicum oratorium Sanctorum Sebastiani et Bernardi in contrata de Manunis, infra limites parochialis ecclesiae Fumanarum, ob distantiam et itineris difficultatem, visitandum delegavit admodum reverendum dominum Petrum Pereti, archipraesbyterum Sancti Floriani et vicarium foraneum, cum obligatione referendi visitationem in actis. Eadem die admodum reverendus dominus Petrus Pereti, archipraesbyter praedictus, iussibus suae illustrissimae et reverendissimae dominationis parendo, vigore praefatae delegationis, visitavit antedictum oratorium Sanctorum Sebastiani et Bernardi suamque visitationem praesentavit, repositam sub littera E, in qua ordinavit ut infra. Ordinata. Firmetur portatile et, cum nimis distet a celebrante, saltem per [43^v] quinque digitos comodius versus celebrantem feratur – inauretur patena et cupa calicis – missali romano addantur missae novissimae sanctorum – provideatur de bireto sacerdotali – provideatur missale defunctorum – fenestra seu oculus huius ecclesiae muniatur spera vitrea. Die 3 octobris 1738 mane. [A margine: Oratorium Beatae Mariae Virginis ad Nives] Illustrissimus et reverendissimus dominus episcopus antedictus se contulit ad oratorium Sanctae Mariae ad Nives, de ratione nobilis domini comitis Ioannis Baptistae a Turre, infra limites dictae parochialis ecclesiae de Fumanis, ubi honorifice receptus omnibusque opportune dispositis, sacrosanctum missae sacrificium absolvit actisque subinde Deo optimo maximo debitis gratiis, oratorium ipsum visitavit illudque octangularis elegantisque formae ab anno usque 1706 erectum, cum unico altari cum portatili, invenit. Decore de omnibus a pietate praelibati nobilis domini comitis provisum et manutentum, in quo ex devotione celebratur diebus festivis aliisque diebus. [44] Vidit sacristiam annexam, quam de sacris suppellectilibus abundanter provisam, cum comendabili praeciositate et nitore tentam, ita ut nihil ordinandum censuit, immo pietatem et largitatem eiusdem nobilis domini comitis plurimum in Domino comendavit. Quibus habitis, ecclesiam parochialem petiit et, suam continuando pastoralementem visitationem, visitavit olea sancta, in vasculis argenteis et loculo marmoreo a cornu evangelii sub sera et clavi bene et tute custodita. Percipiuntur a plebe Sancti Floriani, ad quam accedit rector huius ecclesiae die sabbathi sancti inserviturus eidem archipraesbytero plebis. Fontem baptismalem, in quadam capellula a cornu evangelii erectum, bene tentum et sub rastris clausum custoditum. Altare maius, sub invocatione sancti Zenonis, ex marmore elaboratum, cum portatili, icona in coro et ianuis lateralibus marmoreis, manutentum a communitate, ubi habetur societas sanctissimi Sacramenti. [44^v] Altare beatae Mariae Virginis vulgo *della Cereale*, marmoreum cum portatili et statua beatae Mariae Virginis lignea, sub cristallis custodita. Adest societas eiusdem beatae Mariae Virginis, quae habet onus unius missae in anno ex legato quondam Valeriae Pigozza et paucos percipit redditus. Altare sanctae Catharinae, marmoreum cum portatili, annis elapsis erectum, de ratione reverendi rectoris Iacobi Baietta et Antonii Gatto quondam Iacobi, qui altare ipsum dotavit cum publico instrumento in actis domini Michaelis Zampieri die 12 iulii 1734 celebrato. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, marmoreum cum portatili, piorum elaemosinis manutentum et a societate eiusdem beatae Mariae Virginis ibi erecta, quae tenetur ad celebrationem unius missae in anno, ex legato quondam Valeriae Pigozza praedictae et parvis fruitur redditibus. Hoc altare est privilegiatum die mercurii pro confratribus, ut ex brevi apostolico diei 27 maii 1737, ad septennium concessio. Aliud altare sancti Antonii abbatis, de ratione nobilium dominorum comitum della Torre, ex marmore, moderna forma reaedificatur, [45] modo usque ad gradus iam extractum, ad quod nullam adesse obligationem assertum fuit. Aliqua in hac ecclesia adimplenda legata asseruit reverendus rector adesse, prout in policea praesentata, reposita sub littera E, scilicet: ex legato Aquistapace unam missam in qualibet hebdomada, officium missarum 9 ex legato Zocca, officium missarum 12 ex legato Marchesini, missas 20 de requiem ex legato Perazzoli, missas decem ex legato Zamparini, ut in dicta policea. Vidit duo confessionalia ex nuce et aliud portatile, bene tenta, in ecclesia disposita pro excipiendis sacramentalibus confessionibus. Extat quoque cappellania quotidiana ex legato quondam de Vantis 1688, pro qua celebratione habentur paramenta opportuna seorsim custodita, quae visitavit. Vidit sacristiam, a latere evangelii prope corum extractam, de sacris suppellectilibus pro celebratione missae sacrisque functionibus peragendis bene provisam. [45^v] Vidit totam ecclesiam, novum campanile et suggestum et concionator tempore Quadragesimae eligitur ab illustrissimo et reverendissimo domino episcopo veronensi nec non visitavit coemeterium. Factis vero infrascriptis ordinationibus, ad aedes antedictas palatii nobilium dominorum comitum se restituit et prandium sumpsit. Ordinata. Conficiatur liber in sacristia servandus pro registrandis missis quotidie celebratis tam ex devotione quam ex obligatione et qualis sit obligatio sacerdotes celebrantes in huiusmodi registro explicabunt – provideatur planeta nigri coloris, cum manipulo, stola, velo ac bursa ad usum cappellaniae quondam de Vantis – item provideatur missale defunctorum – patena posteriori in parte vel argento dealbetur vel inauretur – scamnum haeredum de Vantis, utpote impediens usum liberum confessionalis nec non altaris sancti Antonii

[46] abbatis illinc removeatur et alium in locum, ubi ecclesia nec deturpetur neque in divinis et sacris functionibus impediri possit, transferatur. A prandio eiusdem diei 3 octobris 1738. Coram illustrissimo domino vicario visitationis, pro tribunali sedente, comparuerunt: admodum reverendus dominus Iacobus Baietta, rector Sancti Zenonis de Fumanis aetatis annorum 53 circiter, ad quam curam animarum praesentatus fuit pro uno voto ab admodum reverendo archipraesbytero plebis Sancti Floriani et pro alio voto a nobilibus dominis comitibus a Turre et pro tertio voto a communitate eiusdem loci de Fumanis, in vim cuius praesentationis institutus fuit cum bullis episcopalibus diei 3 martii 1731, quas ostendit. Praesentavit policeas iuxta aedictum, repositas sub littera E nec non ostendit libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum, mortuorum et status animarum, bene dispositos et tentos. Interrogatus postea de suo clero et populo, de utroque bene retulit et dimissus [46^v] recessit. Comparuerunt reverendus dominus Nascimbenus Baietta, confessarius et curatus eiusdem ecclesiae, aetatis annorum 29. Reverendus dominus Leonardus Baietta, sacerdos de Fumanis, cappellanus cappellaniae quotidianae quondam de Vantis, aetatis annorum 32 circiter. Reverendus dominus Ioannes Baptista Campedelli, sacerdos de Erbetio, confessarius aetatis annorum 50 circiter. Reverendus dominus Facius Octavius Fasoli, sacerdos de Fumanis aetatis annorum 33. Reverendus dominus Valentinus Baietta, aetatis annorum 25 circiter. Venerabilis clericus in tonsura Franciscus Scamperla de Fumanis, aetatis annorum 23 circiter. Qui suorum respective ordinum et confessionis mandata ostenderunt. Postmodum recepit diligentes informationes a fide dignis hominibus eiusdem loci de vita, moribus et diligentia reverendi rectoris in suo munere fungendo et in omnibus [47] et per omnia bene relatum fuit. Expertus est obstetres eiusdem loci, scilicet: Dominicam Malscalzoni annorum 51 circiter, Catharinam relictam quondam Antonii Righi annorum 47 et Catharinam relictam quondam Francisci Fantoni annorum 40 circiter et bene instructas invenit de sacramento baptismatis conferendo in casibus necessitatis. Absoluta sua pastoralis visitatione huius parochialis ecclesiae Sancti Zenonis de Fumanis, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus iter suum, ut statuerat, ad ecclesiam curatam Sancti Bartholomaei de Mazurega prosequi volebat, sed, instantiis nobilis domini comitis Ioannis Baptistae a Turre, humanissime et enixe porectis indulgens, in aedibus eiusdem palatii pernoctavit. Die 4 octobris 1738 mane. Facto mane habitisque plurimae humanitatis officiis, illustrissimus et reverendissimus dominus episcopus antedictus, honorifice a nobilibus dominis comitibus Carolo et Raymundo fratribus a Turre associatus et iterum atque iterum tormentis bellicis salutatus, equitando ad [47^v] ecclesiam curatam Sancti Bartholomaei Apostoli de Mazurega iter suscepit.

[A margine: Parochialis de MAZUREGA] Illuc apropians, pulsantibus campanis clangentibusque tubis, processionaliter a reverendo curato et populo occurrentibus honorifice recipitur et ad aedes parochiales perductus, ibi paulisper quievit. Longioribus indutus omnibusque bene dispositis, in ecclesiam descendit, sub baldachino a quatuor selectis hominibus gestato, cruce a reverendo curato porecta in egressu domus parochialis deosculata, quam per solitas caeremonias aspersionis et thurificationis, antiphonas et orationes, solemniter ingressus est. Praemissa adoratione sanctissimi Sacramenti, altare ascendit, populo benedixit et suam episcopalem indulgentiam impartitus est. In trono, a cornu epistolae sibi parato, pontificalibus violacei coloris indutus, exequias pro defunctis in ecclesia et coemeterio absolvit. Sumptis deinde paramentis albi coloris, debita cum [48] adoratione, hymno et thurificatione, visitavit augustissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo marmoreo et in pixide argentea tute sub clavi argentea custoditum. Sub hac cura sunt animae a communione 121, in totum 178, quarum nulla – Deo dante – extat inconfessa. De lampade ante sanctissimum Sacramentum accensa et de cereis providet et manutinet communitas dicti loci. Vidit baldachinum, umbellam, ostensorium, duo fanalia, velum superumerale, tronum caeteraque opportuna pro decenti associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos. Facta pia praeparatione, in trono sacerdotalibus indutus fuit et sacrosanctum missae sacrificium peregit. Postmodum aliquibus utriusque sexus fidelibus eucharisticum Panem erogavit et Deo optimo maximo debitas gratias persolvit. Continuando suam pastorem visitationem, visitavit olea sancta, a cornu evangelii in arcula et vasis stamneis sub [48^v] clavi custodita. Recipiuntur a plebe Sancti Georgii, ad quam reverendus curatus die sabbathi sancti accedit inserviturus. Fontem baptismalem, a cornu evangelii in quadam cappella in calce ecclesiae sub rastris ligneis et clavi servatam. Unicum altare (*confessionale*), ex nuce, pro sacramentalibus confessionibus excipiendis. Altare maius, sub titulo sancti Bartholomaei, marmoreum cum portatili et icona, a communitate eiusdem loci Mazureghae manutentum, in quo celebratur ex devotione, nullo existente onere. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, marmoreum in mensa et gradibus cum portatili et icona, de ratione eiusdem communitatis, a qua providetur et manutinetur. Ibi extat societas eiusdem beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, quae nullos habet redditus neque onera et celebratur in eo ex devotione. Extat tantum onus unius officii missarum 14, celebrandarum quolibet anno ex legato quondam Bartholomaei Laito, ut [49] assertum fuit. Vidit sacristiam, a cornu evangelii erectam ibique sacras suppellectiles et vasa sacra ceteraque necessaria pro celebratione

missae et sacris functionibus peragendis, in armario ex nuce custodita et sufficienter esse provisum invenit. Vidit totam ecclesiam, quae dependet a plebe Sancti Georgii et ab eiusdem plebis dominis clericis percipit provisionem quatuor modiorum tritici et unius palustri uvarum; manutenetur vero de omnibus a communitate eiusdem loco Mazureghae. In ea vidit suggestum et coemeterium annexum. Est divo Bartholomaeo dicata, non consecrata. Quibus peractis, illustrissimus et reverendissimus praesul in aedes parociales se recepit, quievit et prandium sumpsit. Illustrissimus dominus vicarius visitationis, delegatus et cetera, pro tribunali sedit et coram eo comparuit reverendus dominus Ioannes Baptista Avanzi, sacerdos de Calderio aetatis annorum 38 circiter, curatus amovibilis ecclesiae curatae Sancti Bartholomaei de Mazurega, qui ostendit [49^v] mandatum episcopale, ad annum die 7 augusti 1738 confirmatum pro hac cura exercenda, uti praesentatus a communitate Mazureghae amovibiliter die 8 ianuarii 1734. Praesentavit policeas iuxta aedictum, sub littera F repositas et protulit libros parrocchiales, bene dispositos et bene tentos. Praeter curatum praedictum nullus alius extat sacerdos vel clericus. Ex factis perquisitionibus habuit nulla publica scandala vigere nullumque esse inconfessum. Et, sumptis a fide dignis depositionibus de vita et moribus ac diligentia in eius munere adimplendo reverendi curati, bene et cum laude relatum fuit. Expertus est unicam obstetricem, scilicet Tuscanam, relictam quondam Matthaei Conato, annorum 70, quam bene instructam invenit. A prandio eiusdem diei 4 octobris 1738. Illustrissimus et reverendissimus praesul in ecclesiam descendit et, facta [50] adoratione ante sanctissimum Sacramentum, pio et salubri operi doctrinae christianae ac per diligens examen expertus est pueros ac puellas, quos bene instructos invenit. Cum vero hoc sanctum opus plurimum ad salutem animarum conferat, eiusdem cultum et frequentiam in Domino omnibus comendavit. Postmodum Confirmationis sacramentum utriusque sexus christifidelibus ministravit et, factis infrascriptis ordinationibus, huius ecclesiae curatae suam pastorem visitationem clausit et absolvit. Ordinata. Provideatur saltem fanale maius praecedens in associatione Sacramenti ad infirmos – dum aegrotorum communio haberi debet, detur signum in sero ad excitandum populum pro associatione – provideantur duae tobaleae ad usum Communionis – fons baptismalis provideatur de novo cyborio et provideantur vascula ad eiusdem usum, ibi servanda tam [50^v] pro oleis sanctis quam pro sale – ianuae laterales altaris maioris, quae nullae modo sunt, erigantur ex marmore, ita ut perficiatur altare – sacrae suppellectiles indigentes laudabiliter sarciantur – patena posteriori in parte dealbetur argento – conficiatur liber in sacristia servandus pro describendis missis in hac ecclesia celebratis – sepultura ante altare maius pro tumulandis sacerdotibus defunctis, ut fuit assertum, erecta, ferme diruta, restauretur in decentem formam reducatur, cum lapide super imposito et inscriptione – coemeterium claudatur rastris ad repellenda animalia. Quibus habitis et cetera. Iterum nobilis dominus comes Ioannes Baptista a Turre humanissime a sua illustrissima et reverendissima dominatione efflagitavit ut dignaretur in aedibus sui palatii de Fumanis noctem traducere, cui, pari humanitate correspondens eiusque desiderium adimplere volens, illuc, honorifice associatus et concomitatus, [51] se contulit et pernoctavit.

[A margine: Parochialis CAVALI] Die 5 octobris 1738 mane. Facto mane, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, relicto Fumanarum loco, ad parochialem Sancti Zenonis Cavali iter direxit. Ad confinia obvium habuit reverendum dominum Franciscum Vallenari, rectorem eiusdem parochialis Cavali, cum rusticanis militibus, de huiusmodi adventu frequentibus explosionibus laetantibus, a quibus honorifice exceptus et concomitatus, iter progressus est. Non procul ab ecclesia occurrit populus processionaliter eoque praeunte, pulsantibus campanis clangentibusque tubis, ad aedes parocchiales pervenit, ubi quievit. Omnibus bene dispositis, longioribus indutus, deosculata cruce a reverendo rectore in egressu domus porecta, sub baldachino a quatuor selectis hominibus gestato receptus, ecclesiam processionaliter adivit illamque, praemissa in ingressu aspersione aquae benedictae receptoque thurificationis honore, per solitas caeremonias ingressus est. Ante altare [51^v] maius oravit, altare ascendit et populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam impartitus est. Subinde in trono, a cornu evangelii parato, pontificalibus violacei coloris indutus fuit et exequias pro defunctis in ecclesia et coemeterio peregit. Depositis violaceis sumptisque pontificalibus albi coloris, visitavit sanctissimum Sacramentum, ad altare maius in tabernaculo marmoreo et pixide argentea, sub clavi bene et tute custoditum. Animae a communionem sub hac cura numerantur 280 et in totum 380 circiter, quarum nulla – Deo dante – est inconfessa. De lampade et cereis providet et manutenet parochus, provisione tamen recepta bacetarum octo olei et librarum octo cerae a dominis clericis Sancti Georgii Vallispulicellae, a qua plebe haec ecclesia Cavali filialis dependet. Vidit amidalam, ostensorium, umbellam, quatuor fanalia, velum superumerale caeteraque opportuna pro decenti [52] associatione Sacramenti dum defertur ad infirmos. Reposito Sacramento emissaque praeparatione missae, pontificalibus indutus sacrum fecit et, solitis adhibitis ritibus et caeremoniis iuxta pontificale romanum, infrascriptos clericos, de legitimo matrimonio natos, in aetate debita constitutos, habiles et idoneos repertos caeterisque de iure requisitis suffultos, ad infrascriptum ordinem legitime, servatis servandis, promovit, videlicet. Ad sacerdotium: Iosephum Viviani, de Omnibus Sanctis

Veronae, vigore brevis extra tempora diei 11 septembris 1738; Ioannem Baptistam Vaona, de Alphaeto veronensis diaecesis, vigore brevis extra tempora nunciaturae apostolicae Venetiarum diei 26 iulii 1738 et alterius brevis super defectu suae aetatis diei 14 augusti 1738; Antonium Brigo, de Celsano vicentinae diaecesis, cum dimissorialibus sui illustrissimi vicarii generalis capitularis sede vacante diei 28 augusti 1738; [52^v] Hieronymum Danieli, de Thasin vicentinae diaecesis, cum dimissorialibus sui illustrissimi vicarii generalis capitularis sede vacante diei 30 augusti 1738. Praesentibus admodum reverendo domino Iosepho Mezzanini, archipraesbytero Sancti Ioannis ad Forum Veronae, caeremoniarum magistro et reverendo domino Petro Maria Regazzoni, sacerdote veronensi, testibus et cetera. Missa absoluta, propriis manibus eucharistico Pane nonnullos utriusque sexus christifideles cibavit et, actis Deo optimo maximo gratiis, in aedes parrocchiales se recepit et prandium sumpsit. A prandio eiusdem diei 5 octobris 1738. Convocato populo per consueta signa, illustrissimus et reverendissimus praesul ecclesiam petit ibique, facta adoratione sanctissimi Sacramenti, pio sanctoque operi doctrinae christianae vacavit et pueros ac puellas per diligens examen expertus est, praecipue circa misteria principaliora sanctae fidei aliaque neccessaria ad aeternam salutem, quos bene instructos invenit et ad cultum et frequentiam tam proficui et neccessarii operis [53] omnes et singulos enixe in Domino hortatus est. Nonnullis subinde utriusque sexus fidelibus Confirmationis sacramentum ministravit et, in aedes parochiales se recipiens, incenatus pernoctavit. Die 6 octobris 1738 mane. Illustrissimus et reverendissimus praesul, suam prosecuturus pastoraalem visitationem, in ecclesiam descendit et, facta adoratione ante sanctissimum Sacramentum emissaque praeparatione missae, sacrum fecit, chrisitifideles eucharistico Pane refecit, sacramentum Confirmationis ministravit et, actis Deo optimo maximo gratiis, visitavit olea sancta, in vasculis stamneis a cornu evangelii sub ostiolo et clavi bene custodita, quae olea recipiuntur a plebe Sancti Georgii, huius ecclesiae matrice. Sacrum fontem baptismatis, in sacello a cornu evangelii in calce ecclesiae repositum et sub rastris ligneis custoditum. Altare maius, divo Zenoni dicatum, ex marmore, piorum eleaemosinis integre anno 1718 erectum et eodem anno die [53^v] 20 maii – ut fuit assertum ab illustrissimo et reverendissimo domino Marco Gradonico, episcopo veronensi – consecratum. Manutenetur a societate sanctissimi Sacramenti ibi existente, excepta provisione praedicta, a dominis clericis Sancti Georgii olei et cerae praestita. Nulla sunt onera neque legata. Altare sanctissimi Rosarii, a duodecim circiter annis piorum eleaemosinis et societatis eiusdem beatae Mariae Virginis ibi existentis, ex marmore extractum cum portatili et statua beatae Mariae Virginis, sub crystallis custodita. Manutenetur a societate, quae tamen nullos habet redditus neque onera. Ad hoc altare extat tabernaculum inserviens pro reponendo Sacramento in hebdomada maiori. Altare sancti Antonii, item ex marmore, a decem circiter annis piorum eleaemosinis confectum, cum portatili, piorum pariter eleaemosinis manutentum. Duo extant in hac ecclesia legata, scilicet: unius missae in mense singulo ex legato quondam reverendi Matthaevi Borchia, olim rectoris et missarum 18 quolibet anno ex legato quondam Sebastiani Busselli, [54] quae legata reverendus parochus adimplet. Vidit confessionale ex nuce confectum, pro excipiendis sacramentalibus confesionibus fidelium. Vidit sacristiam annexam, a latere evangelii prope corum et ibi sacras suppellectiles et vasa sacra, in armario nuceo servata, de quibus sufficienter provisum invenit. Vidit totam ecclesiam et coemeterium. Quibus absolutis, in aedes parrocchiales se recepit et prandium sumpsit. [A margine: Oratorium Beatae Mariae Virginis Adoloratae] Illustrissimus vero dominus vicarius visitationis se contulit ad visitandum oratorium publicum Beatae Mariae Virginis Adoloratae, infra limites parochialis ecclesiae Sancti Zenonis de Cavalo, a quondam reverendo domino Sancto Gasparini anno 1698 erectum et dotatum, cum publico instrumento rogato in actis domini Hieronymi Badili 5 octobris 1698. Unicum extat altare marmoreum, cum portatili, statua et icone, in quo celebratur ex redditibus assignatis in dicta dotatione pro suffragio animae testatoris tot missae quot suportare possint redditus, facta et praestita prius manutentione eiusdem oratorii iuxta testamentariam [54^v] dispositionem praefati testatoris. Modo celebrat reverendus dominus Sanctus Gasparini, sacerdos de Cavalo. Huc accedit reverendus parocus celebraturus una cum vesperis die veneris hebdomadae Passionis. Vidit sacristiam contiguam, a cornu evangelii erectam ibique sacras suppellectiles et vasa sacra pro sacro faciendo, quam bene provisam invenit. Ordinata. Portatile altaris paulisper deprimatur eiusque rimulae obturentur – armarium retro altare usque ad mensam protendens claudatur et obturetur aut inde removeatur, ne sub mensa aliquid existat. Quibus habitis et cetera. A prandio eiusdem diei 6 octobris 1738. Illustrissimus dominus vicarius visitationis sumpsit a fide dignis hominibus dicti loci diligentes informationes de vita, moribus et diligentia in eius munere fungendo reverendi rectoris, de quo bene relatatum fuit. [55] Coram eodem de mandato et cetera, comparuit reverendus dominus Franciscus Vallenari, sacerdos de Sancta Anna Alphaeti, rector parochialis ecclesiae Sancti Zenonis de Cavalo, quam obtinuit anno 1734 et ostendit bullas apostolicas, datas Romae apud Sanctam Mariam Maiorem anno ab Incarnatione 1733 7 idus ianuarii et mandatum executivum curiae episcopalis diei 4 februarii 1734. Ostendit quoque libros parochiales ac praesentavit policeam iuxta aedictum et cetera,

repositam sub littera G. Interrogatus de clero et populo, recte respondit ac nihil de quo indoleat habere fassus est ac asseruit hanc parochialem ecclesiam consecratam fuisse die 21 octobris 1550 et ab immemorabili diem consecrationis coli et celebrari tertia dominica octobris. Dimissus recessit et comparuerunt: reverendus dominus Paulus Antonius Lavarini, sacerdos aetatis annorum 33 circiter, confessarius et curatus. Reverendus dominus Sebastianus Lonardi, sacerdos de Cavalo aetatis annorum 26 circiter. Reverendus dominus Sanctus Gasparini de Cavalo, aetatis annorum 28 circiter. [55^v] Venerabilis clericus Franciscus Gottoli, subdiaconus aetatis annorum 23 circiter. Qui omnes suorum respective ordinum et confessionis mandata reverenter obtulerunt. Obstetrices duas sub hac paroecia degentes: Angelam scilicet, uxorem Ioannis Burla et Margharitam uxorem Antonii Gasparini, cum parochus testatus sit illas esse bene instructas, ad comparendum dispensavit. Quibus absolutis, illustrissimus et reverendissimus praesul suam pastoralementem visitationem huius parochialis Cavali, cum infrascriptis ordinatis, clausit et pernoctavit. Ordinata. Firmetur pixis in pede – provideatur fanale maius praecedens in associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos – provideantur tobaleae ad usum Comunione fidelibus praestandae – fenestra in sacello baptisterii muniatur speris vitreis – confessionale muniatur crate ferrea cum foraminibus spissis [56] et imagine devota a parte poenitentium – patenae posteriori in parte dealbentur argento – provideantur vestes duae talaris ad usum celebrantium – conficiatur liber in sacristia servandus pro registrandis missis in hac ecclesia celebratis, cum nominibus et cognominibus celebrantium – duo provideantur libri ordine alphabetico digesti, alter pro registrandis partitis mortuorum et alter pro describendis partitis baptizatorum, iuxta formam ritualis romani. Quibus habitis et cetera. Die 7 octobris 1738 mane. Molestiam itineris, tum ob difficile locorum angustias tum ob defluentem pluviam, illustrissimus et reverendissimus praesul minime fastidens, immo intrepide sustinens, parochiali Cavali relicta, aequitando ad

[a Margine: Parochialis de MONTE] ecclesiam curatam Sancti Nicolai de Monte iter fecit. A reverendo domino Bartholomaeo Lonardi, curato amovibili eiusdem ecclesiae, obsequentissime receptus fuit et, a pluvia non deteritos, obvios habuit homines armatos, cum replicatis [56^v] explosionibus, clangentibus tubis, laetantes. Ad parochiales aedes – quae modo sunt in aedificatione – ductus, ibi, licet peranguste et incomode, suam fixit mansionem. Omnibus opportune dispositis convocatoque populo, in ecclesiam descendit, sub baldachino a quatuor selectis hominibus gestato receptus et, deosculata cruce in egressu domus a reverendo curato porrecta ac facta in limine ecclesiae aspersione aquae benedictae receptoque thurificationis honore, illas per solitas caeremonias ingressus est. Ante altare maius genuflexus oravit et, altare assenso, populo benedixit et suam episcopalem indulgentiam impartitus est. In trono a cornu evangelii sibi parato, pontificalibus violaceis indutus fuit et in ecclesia ac coemeterio exequias pro defunctis absolvit. Sumptis subinde pontificalibus albis, praemissis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius in tabernaculo marmoreo et pixide argentea sub clavi tute custoditum. [57] Anima a comunione sub hac cura numerantur 130, in totum vero 300, quarum nulla est inconfessa. Lampas et cerae manentur a communitate Montis, quae tenetur etiam ecclesiam totam de omnibus et per omnia, sacristiam, coemeterium et domum parochialem manutenere, iuxta obligationem sibi assumptam in secundo capitulo sententiae separationis a parochiali Sancti Zenonis Cavali, die 5 octobris promulgatae. Vidit ostensorium argenteum, umbellam, baldachinum, quatuor fanalia, velum super umerale ceteraque opportuna pro decenti associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos. In trono sibi parato emisit praeparationem missae, sacrum fecit et eucharistico Pace utriusque sexus christifideles propriis manibus cibavit. Quibus absolutis et actis Deo gratiis, ad aedes parochiales reversus est et prandium sumpsit. [57^v] A prandio die 7 octobris 1738. Convocato populo per consueta signa, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus in ecclesiam ut ante descendit et paterno amore de doctrina christiana diligens examen habuit, pueros ac puellas interrogando circa principaliora sanctae fidei misteria aliaque necessaria ad aeternam salutem, quod sanctum et salubre opus cum maxime ei sit cordi, plurimum in Domino comendavit omnesque ad frequentiam et adsiduum cultum hortatus est; per quod examen bene instructos, cum animi sui letitia, invenit. Postea utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum ministravit et, pluviente adhuc caelo, ad aedes parochiales se restituit et incenatus pernoctavit. Die 8 octobris 1738 mane. Facto mane et absoluto per reverendum curatum obitu cuiusdam mulieris, illustrissimus et reverendissimus dominus episcopus in ecclesiam ut ante descendit sub baldachino; ante sanctissimum Sacramentum [58] oravit et praeparationem pro missa devote emisit, sacrum fecit et propriis manibus ecclesiasticum Sacramentum ministravit. Suam proseguendo visitationem, visitavit: olea sancta, a cornu evangelii in arcu decenti marmorea sub ostiolo ferreo et clavi tute custodita, quae percipiuntur ab ecclesia matrici Cavali, iuxta sextum capitulum praefatae sententiae separationis. Vidit fontem baptismalem, in calce ecclesiae a latere evangelii sub rastris ligneis servatum. Altare maius, piorum eleemosinis anno 1734 ex marmore erectum, cum portatili, ianuis lateralibus marmoreis et icona in coro, a

communitate de omnibus manutentum. Extat societas sanctissimi Sacramenti. Altare beatæ Mariæ Virginis sanctissimi Rosarii, piorum eleemosinis ex marmore elaboratum cum portatili. Manutentur piorum eleemosinis et a societate eiusdem beatæ Mariæ Virginis ibi erecta, quæ paucis gaudet redditibus ad summam – ut fuit assertum – tronorum 68 [58^v] circiter. Ad idem altare extat custodia seu tabernaculum inserviens pro reponendo Sacramento in hebdomada maiori. Aliud erigitur altare piorum eleemosinis ex marmore, quod iam productum est et confectum in mensa et gradibus. Unicum vidit confessionale mobile pro excipiendis sacramentalibus confessionibus. Nondum est extracta sacristia; ideo vidit sacras suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missæ et sacris functionibus peragendis, in coro servatas, de quibus ordinavit ut infra. Vidit totam ecclesiam, elegantis formæ marmore perpolito usque ad medietatem in pavimento stratam, divo Nicolao dicatam et coemeterium annexum, inceptum et nondum confectum nec non domum parochialem contiguam, adhuc in aedificatione. Quibus absolutis, ad aedes parochiales reversus est et prandium sumpsit. [59] Illustrissimus dominus vicarius visitationis, de mandato et cetera, sumpsit diligentes informationes de vita, moribus ac diligentia in eius munere fungendo reverendi curati, de quo a fide dignis et de clero recte in omnibus relatum fuit. Comparuit subinde reverendus dominus Bartholomæus Lonardi, sacerdos Cavali, curatus ammovibilis huius ecclesiae curatae, ad quam ammovibiliter fuit praesentatus a communitate Montis, vigore sententiæ separationis diei 5 octobris 1735, approbatus cum mandato episcopali ad annum diei 14 octobris 1735, cum subsecutis confirmationibus, ultimo loco diei 12 novembris 1737, quod mandatum ostendit et pariter praesentavit libros parochiales baptizatorum, matrimoniorum et mortuorum ac status animarum nec non produxit policeas iuxta aedictum, repositas sub littera H. In signum subiectionis, in vim capituli 6 praedictæ sententiæ, tenetur idem curatus et comunitas accedere processionaliter die festo sancti Zenonis quolibet anno ad ecclesiam matricem Cavali et offerre unam intortitiam cereæ albae [59^v] ponderis librarum trium et unum ducatum de grossis triginta uno, ultra consuetam corresponsionem librarum duarum denariorum veronensium. Reverendus dominus Dominicus Baciga de Monte, annorum 26. Venerabilis clericus subdiaconus Iacobus Borchia, filius Thomæ de Monte, aetatis annorum 23 circiter. Venerabilis clericus habitum gestans Antonius filius Hieronymi Baciga de Monte, aetatis annorum 17 circiter. Qui suorum respective ordinum mandata reverenter obtulerunt. Quibus habitis et cetera. Die 8 eiusdem mensis octobris 1738 a prandio. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, suam pastorem visitationem huius ecclesiae curatae Sancti Nicolai de Monte, factis infrascriptis ordinationibus, absolvit et cum recitatione *De Profundis* in ecclesia clausit. Ordinata. Provideatur fanale maius, praecedens in deferendo sanctissimo [60] Sacramento ad infirmos – provideatur pixis argentea intus inaurata, capax et sufficiens pro animabus huius curatae – provideatur vasculum pro custodienda sale ad usum baptisterii – portatile altaris maioris paulisper elevetur et obturentur eius rimulae – provideatur tela pro cooperiendo icone – custodia pro hebdomada maiori ad altare sanctissimi Rosarii vestiatur intus panno sericeo albo et portatili huius altaris provideatur de novo iuxta mensuram canonicam – fons baptismalis vel fiat de novo vel ille qui existit dividatur per dimidium, sub quo fiat sacrarium – provideatur confessionale stabile, decentis et canonicae formæ – erigatur sacristia pro sacris suppellectilibus decenter custodiendis – conficiatur liber ubi diligenter describantur missæ celebratae, cum nominibus et cognominibus celebrantium – provideantur duo superpelicea et stola violacei coloris ac [60^v] paramenta indigentia sarciantur – in culmine tecti ecclesiae erigatur crux ferrea – patena retro dealbetur et calix sarciantur – coemeterium iam inceptum perficiatur et circum claudatur, ita ut nullo modo pateat additus animalibus – cum ecclesia nullo modo impediri, immo omnimode libera esse debeat in eius sacris functionibus peragendis et sacramentis administrandis, ideo tria scamna – unum, ut fuit assertum, Bartholomæi et fratrum quondam Iacobi Borchia, alterum Caroli et fratrum quondam Andreae Borchia et alterum Bernardini et Antonii Borchia – removeantur ab ecclesia, utpote impediencia sacras functiones et usum liberum confessionum. Quibus absolutis, nullam pluviosi temporis rationem habens, sed fortem animum gerens, equitando ad parochialem ecclesiam Sancti Ambrosii iter fecit. In itinere occurrit admodum reverendus dominus Antonius Tofali, archipraesbyter plebis Sancti Ambrosii, cum suo clero, plurima deveneratione suam [61] illustrissimam et reverendissimam dominationem excipiens nec non obvios habuit rusticanos milites, cum frequenti sclopotorum explosione, laetantes.

[A margine: Ecclesia SANTI GEORGII VALLIS PULLICELLAE] Ad montem Sancti Georgii perventus, data opportunitate, ecclesiam ipsam Sancti Georgii, antiquam plebem, visitavit. Quam per solitas caeremonias ingressus, ante sanctissimum Sacramentum genuflexus oravit et, adstantibus admodum reverendo domino Antonio Tofali praedicto, arcipraesbytero plebano eiusdem antiquae plebis et reverendo domino Bonaventura Turri, rectore cappellaniae Sanctae Mariæ Gratiarum seu a Misericordia in dicta plebe erectae, cum onere coadiuvandi in cura animarum, suam habuit pastorem visitationem. Et in primis, praemissa adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ad altare maius, in pixide argentea

cum pede tamen cupreo in tabernaculo ligneo auro linito bene custoditum. Prope hanc ecclesiam degunt animae a communione 120, in totum vero 150, quarum nulla est inconfessa. Pro manutentione lampadis et cerearum praestant et correspondent [61^v] domini clerici huius plebis bacetas octo olei et libras triginta sex cerae, non solum pro manutentione altaris, verum etiam pro cereali. Vidit ostensorium, amigdalum, tronum, baldachinum et fanalia quinque pro decenti associatione Sacramenti ad infirmos, pro qua etiam societas sanctissimi Sacramenti praebet nonnullos cereos. Visitavit olea sancta, ad altare maius a cornu evangelii in arcu marmorea et vasis stamneis sub ostiolo ferreo sera et clavi bene custodita. Fontem baptismalem, in calce ecclesiae a latere evangelii repositum, cuius aqua baptismalis die sabbathi sancti conficitur et benedicitur ab admodum reverendo domino archipraesbytero plebano, assistentibus reverendo domino coadiutore seu rectore Sanctae Mariae praedictae et reverendis parochis ecclesiarum filialium. Altare maius, in mensa marmoreum cum portatili, in reliquis ligneum, cum tabernaculo item ligneo auro linito, in quo servatur sanctissimum Sacramentum. Extat icon [62] in choro, divo Georgio dicatum; manutenetur a reverendis clericis plebis, ex legato quondam Camilli Sarasini, ut in actis domini Rolandi. Reverendus rector celebrat missas sex quolibet anno. Instrumentum dicti Antonii Rolandi est diei 28 martii 1634. Altare beatae Mariae Virginis a Misericordia, marmoreum in mensa cum portatili, in reliquis ligneum, cum imagine beatae Mariae Virginis sculpta, ibi in arca custodita. Ad dictum altare extat societas sanctissimi Rosarii, quae nulla habet onera et percipit redditus unius orci tantum cum dimidio tritici. Hic quoque est erectum perpetuum ecclesiasticum beneficium seu cappellania perpetua, cum onere coadiuvandi in cura animarum domino archipraesbytero plebis, quod beneficium confertur per concursum et reverendus dominus Bonaventura Turri, modernus rector eiusdem cappellaniae, illam obtinuit cum bullis diei 21 augusti 1737, tunc vacantem ob mortem reverendi domini Leonardi Ragno. Altare sancti Ioseph, constructum ex mensa veteri marmorea [62^v] consecrata, ad hoc altare translata et ex reliquiis eiusdem altaris maioris, ex quo, cum mensa sit execrata et altare sit indecentis formae, illud suspendit. Altare sanctissimi Crucifixi, ex muro constructum, cum portatili et imagine Crucifixi, quod, utpote male compactum et indigens, pariter suspendit donec ad decentiorem formam reducatur et honorifice provideatur. Altare sancti Ioannis Baptistae, marmoreum in mensa cum portatili, in reliquis ligneum, cum statuis sancti Ioannis Baptistae et sanctorum Petri et Pauli, item ex ligno sculptis, piorum eleemosinis manutentum. Extat onus missarum centum, ex legato quondam reverendi Ioseph Pozzani, ut ex eius testamento 23 februarii 1723 in actis domini Bagieti notarii. Item onus missarum quindecim tempore Quadragesimae, ex legato praefati reverendi Pozzani, iis tamen annis in quibus in dicta plebe Sancti Georgii non concionatur; dum vero concionatur, loco dictarum missarum erogantur scuta quinque [63] concionatori. Vidit duo confessionalia pro recipiendis sacramentalibus confessionibus et suggestum, in quo de raro concionatur et concionator eligitur a reverendo archipraesbytero plebis, cum benedictione tamen et mandato episcopali. Vidit sacristiam annexam a latere epistolae ac coemeterium sacristiae contiguum, claustris septum nec non sacras suppellectiles et vasa sacra ac demum totam ecclesiam. Reverendus dominus Bonaventura Turri, rector praefatae cappellaniae, cum onere coadiuvandi, residet penes hanc veterem plebem et percipit provisionem ut in policea reposita in fine huius sub littera I. Monitus fuit ut accedat cum suis bullis et libris parochialibus ad parochialem ecclesiam Sancti Ambrosii die 11 currentis mensis. Quibus absolutis, ordinavit ut infra et cum *De Profundis* suam pastorem visitationem huius antiquae plebis clausit. Ordinata. Vascula oleorum sanctorum renouentur et reducuntur ad [63^v] formam tutiorem – provideatur vasculum saltem stamneum pro custodienda sale in fonte baptismali – portatili altaris maioris paulisper deprimatur et idem altare provideatur tobalea decenti qua cooperiatur – altaria sancti Ioseph et sanctissimi Crucifixi remaneant in suspensione – portatilia altaris beatae Mariae Virginis et altaris sancti Ioannis Baptistae paulisper eleventur, firmentur et eorum rimulae obturentur – confessionalia muniantur imagine devota a parte poenitentium et eorum alterum muniatur crate ferrea cum foraminibus spissis – patena posteriori in parte vel argento dealbetur vel inaretur – ordinata ultimae visitationis nondum adimpleta quam primum adimpleantur. Post haec, properata iam hora, honorifice associatus, inter frequentes explosiones iter progressus est ad parochialem ecclesiam Sancti Ambrosii. Quo appropians, processionaliter obvium habuit [64] populum pias laudes decantantem et, perventus ad aedes parochiales, in eas se recepit, quievit et incenatus pernoctavit. [Parochialis SANCTI AMBROSII] Die 9 dicti mensis octobris 1738 mane. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, suam pastorem visitationem ecclesiae parochialis Sancti Ambrosii, plebaniae Sancti Georgii, incipiens, licet caelum plueret, sub baldachino a sex dignioribus viris gestato receptus, deosculata cruce ab admodum reverendo archipraesbytero porecta in egressu domus, processionaliter ad ecclesiam praefatam perexit, ante cuius fores populum aqua benedicta aspersit et thurificationis honorem ab eodem archipraesbytero recepit et solemniter per solitas coeremonias, clangentibus tubis, tinientibus campanis organisque sonantibus, eandem ecclesiam ingressus est. Ante altare maius

genuflexus, sanctissimum Sacramentum adoravit et, solitis expletis, altare ascenso, populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam impartitus est. In trono sibi decenter parato, pontificalibus violacei coloris indutus fuit et exequias pro defunctis tam in ecclesia quam in [64'] coemeterio absolvit. Subinde in pontificalibus albi coloris, praemissis thurificatione, hymno et adoratione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, in tabernaculo marmoreo elegantis formae et pixide argentea bene tentum et tute custoditum, sub clavi argentea. Existunt sub hac plebe animae a communione 976, in totum 1741, scilicet viri 725 et mulieres 746, omnes in Paschate confessi nullusque – Deo dante – inconfessus. Lampas nocte dieque accensa ante sanctissimum Sacramentum et cerae pro altare maiori manentur una simul a reverendo archipraesbytero plebis et dominis clericis. Vidit amigdalam, ostensorium, baldachinum, umbellam, tronum, fanalia, velum supererale caeteraque opportuna honorifice parata pro associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos. Ex factis perquisitionibus habuit Sacramentum debitis temporibus renovari; communicatis in Paschate schedas [65] distribui et indulgentias associantibus Sacramentum concessas publicari. In trono piam pro celebratione missae praeparationem emisit et, sacerdotalibus indutus, inter musicorum instrumentorum concentus, missam celebravit et afflenti utriusque sexus populo propriis manibus paterna charitate angelicum Panem erogavit. Quibus absolutis et gratiarum actione peracta, ad aedes parochiales reversus est ibique quievit et prandium sumpsit. Dicta die a prandio 9 octobris 1738. Hora consueta convocato populo, illustrissimus et reverendissimus praesul ecclesiam antedictam petiit et, facta oratione ante sanctissimum Sacramentum, pio ac salubri operi doctrinae christianae, quod sanctum exercitium utpote ad salutem aeternam tam necessarium maxime sibi cordi est, paterna charitate vacavit ac pueros et puellas circa misteria fidei et alia ad salutem necessaria per examen diligenter expertus est, quos bene instructos et edoctos, cum gaudio [65'] animi sui invenit. Omnes tamen enixe hortatus est ut tanto operi numquam deficiant, sed magis magisque in dies colant et frequentent, a Deo optimo maximo immarcescibilem mercedem expectantes. Subinde quamplurimis utriusque sexus christifidelibus multo cum labore Confirmationis sacramentum ministravit populoque benedicto, in aedes parochiales se recepit et incenatus pernoctavit. Dum haec agerentur, illustrissimus dominus vicarius visitationis se contulit ad oratoria infrascripta. [A margine: Oratorium Sancti Martini de Burre] Et visitavit oratorium publicum Sancti Martini de Burre, erectum infra limites parochialis ecclesiae Sancti Ambrosii, de ratione et manentum a communitate dicti loci de Burre. Duobus constat altaribus, quae visitavit, scilicet altare maius, divo Martino dicatum, marmoreum cum portatili et ianuis item marmoreis et cum in choro icone, provisum et manentum partim a communitate eiusdem loci, partim piorum eleemosinis. Ibi vidit tabernaculum [66] marmoreum, de licentia admodum reverendi archipraesbyteri, pro reponendo sanctissimo Sacramento in aliquibus festivitatibus pro communicandis populis. Altare beatae Mariae Virginis coronatae, eleganter ex marmore constructum, cum portatili et statua eiusdem beatae Mariae Virginis, sub crystallis custodita. Extat societas dictae beatae Mariae Virginis, quae paucis gaudet redditibus, ex quibus et ex piorum eleemosinis altare ipsum de omnibus manentur. Cappellanus, qui apud dictam ecclesiam residet, est reverendus dominus Franciscus Oliboni de Piscantina, aetatis annorum 31 et celebrat missas tres quolibet mense ex legato quondam Antoniae Schiavini nec non singulis diebus festivis, cum assignatione quorundam camporum et domus pro ressidentia. Eligitur a dicta communitate, cum consensu admodum reverendi archipraesbyteri Sancti Ambrosii, de cuius licentia in casibus necessariis administrat sacramenta. Visitavit sacristiam, a cornu epistolae prope altare maius et ibi sacras suppellectiles et vasa sacra, de quibus bene provisum [66'] invenit. Vidit in dicta ecclesia confessionale pro excipiendis sacramentalibus confessionibus et prope eandem coemeterium annexum. Ordinata. Clavis custodiae vel fiat argentea vel in auro – portatile altaris maioris paulisper elevetur et obturentur eius rimulae – erigatur crux ferrea in culmine tecti. [A margine: Oratorium Conceptionis Beatae Mariae Virginis] Visitavit publicum oratorium Conceptionis Beatae Mariae Virginis de Garganiaco, infra limites parochialis ecclesiae Sancti Ambrosii erectum, de ratione nobilium dominorum comitum Marci Antonii et Petri Aloysii fratrum Sereghi de Algeris, a quibus decore manentur. Unicum extat altare, marmoreum cum portatili, ubi nulla sunt onera missarum et celebratur ex devotione. Vidit sacristiam annexam retro altare, de omnibus pro celebratione missae bene provisam. Vidit totum oratorium, quod modo perpolite elaboratur [67] vulgo a stucco. [A margine: Oratorium Beatae Mariae Virginis a Misericordia] Visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium Beatae Mariae Virginis a Misericordia de Garganiaco, erectum infra limites plebis Sancti Ambrosii. Tribus componitur altaribus, quae visitavit, scilicet: altare maius, beatae Mariae Virginis dicatum, cum portatili, ex marmoribus aedificatum, cum ianuis lateralibus et tabernaculo item marmoreis, de licentia admodum reverendi archipraesbyteri, quod tabernaculum inservit pro solemnitatibus. Extat statua beatae Mariae Virginis, sub crystallis custodita. Altare est bene tentum et bene provisum. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, cum portatili, ex marmoribus constructum, ubi est erecta societas eiusdem beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, a qua altare ipsum ex piorum

eleemosinis manutentur et est bene tentum. Altare sanctae Catharinae virginis, ex marmoribus quoque confectum, cum portatili, a communitate et piorum eleemosinis manutentum. [67^v] Extat simplex perpetuum ecclesiasticum beneficium sub titulo beatae Mariae Virginis a Misericordia Garganiaci, ex institutione et dotatione quondam nobilis domini Spolverini de Spolverinis, cum instrumento 8 februarii 1378 in actis domini Antonii Orsati notarii, cum iure patronatus eligendi et praesentandi successorum, de institutione vero domini archipraesbyteri plebis Sancti Georgii pro tempore existentis. Modo est rector reverendus dominus Ioannes Maria Accordini, sacerdos de Vargataria, plebis Sancti Floriani, annorum 64 circiter, cum bullis admodum reverendi domini Hieronymi Muzzarobba de Nigris, archipraesbyteri plebis Sancti Georgii diei 11 septembris 1725, ad electionem et praesentationem nobilium dominorum comitum Alexandri et Federici fratrum a Campanea, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis et cum honoribus et oneribus iuxta institutionem praedictam 8 februarii 1378 et iuxta decreta aedita in visitatione praesertim illustrissimi et reverendissimi domini domini episcopi Barbadici diei 28 septembris 1708. Vidit sacristiam contiguam, a cornu evangelii ibique [68] sacras suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missae et bene provisam invenit viditque chorum retro altare et coemeterium ecclesiae annexum. Reverendus cappellanus seu rector antedictus inhabitat domum contiguam et, in casibus necessitatis ac de licentia admodum reverendi archipraesbyteri, in dicto loco exercet curam animarum pro devotione quoque populorum. Ordinata. Duae patenae posteriori in parte vel in aurentur vel argento dealbentur – calix intus sarciatur et in aurentur, in reliquis dealbetur argento. [A margine: Oratorium Sanctissimae Annunciationis] Visitavit publicum oratorium Sanctissimae Annunciationis beatae Mariae Virginis, erectum in contrata Domegiarae infra limites parochialis Sancti Ambrosii, de iure et ratione reverendi domini Ioannis Baptistae et fratrum de Bernardis, a quibus decore manutentur. Unum extat altare, marmoreum cum portatili, ubi celebratur ex devotione, nullo extante onere. [68^v] Vidit sacristiam contiguam, a cornu epistolae erectam, quam bene provisam invenit de sacris suppellectilibus et vasis sacris pro missae celebratione. Hoc oratorium visitantes die festo Annunciationis beatae Mariae Virginis gaudent indulgentia plenaria ex brevi apostolico dato die 22 februarii 1738 ad septennium. Ordinata. Rimulae circum portatile obturentur. Die 10 mensis octobris 1738. Multo extante populo, illustrissimus et reverendissimus antistes in praefatam ecclesiam parochialem Sancti Ambrosii honorifice exceptus descendit. Praemissa adoratione ante sanctissimum Sacramentum ac devota emissa praeparatione pro celebratione missae, inter musicalium instrumentorum simphonias, sacrosanctum missae sacrificium peregit. Subinde quamplurimis utriusque sexus christifidelibus sacramentum Eucharistiae ministravit et non nullos sacro Crismate confirmavit. [69] Supplicationibus vero sibi humiliter porrectis annuendo, tres calices et unicam patenam consecravit ac tria paramenta sacerdotalia benedixit. Quibus absolutis actisque Deo gratiis, suam pastorem visitationem prosequendo, visitavit: olea sancta, ad altare maius a cornu evangelii in arcula antiquae formae in vasis stanneis sub sera et clavi bene custodita. Fontem baptismalem, in calce ecclesiae a latere evangelii ex marmore eleganter constructum ac honorifice tentum. Altare maius, marmoreum ex collustratis lapidibus, una cum lateralibus ianuis elegantissima forma constructum, non consecratum sed cum portatili, divo Ambrosio, huius ecclesiae titulari dicatum, cum choro posteriori in parte eiusdem altaris, nobili recenti forma aedificato. Est ditissime provisum tam ad sacrum ornatum tam ad sacras functiones peragendas et manutentur ab admodum reverendo archipraesbytero et piorum eleemosinis. [69^v] Adest societas sanctissimi Sacramenti adnexa societati sanctissimi Rosarii. Altare sancti Antonii patavini, ex marmoribus collustratis eleganter constructum et consecratum ab illustrissimo et reverendissimo domino domino Ioanne Francisco Barbadico episcopo veronensi die 8 decembris 1707, de ratione Nicolai Maggi de Sancto Ambrosio, a quo manutentur de omnibus nec non de cereis pro celebratione unius missae qualibet tertia feria et, si ea sit impedita, alia die cuiuslibet hebdomadae, ex legato quondam Nicolai Maggi. Altare beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, integre marmoreum cum portatili, ubi tabernaculum pariter marmoreum inserviens pro hebdomada maiori pro custodiendo sanctissimo Sacramento, quo tempore societas sanctissimi Rosarii manutentur lumina. Extat statua beatae Mariae Virginis ex marmore sculpta, decenter custodita. Hoc altare est de ratione societatis beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii, annexae societati sanctissimi Sacramenti, a qua de omnibus [70] decore manutentur. Habentur redditus ducatorum sexaginta circiter, qui impenduntur in sustinendis oneribus et manutentione altaris. Onera sunt missarum 99 quolibet anno iuxta tabellam in sacristia servatam; manutentionis altaris maioris de cereis tertiis dominicis cuiuslibet mensis; manutentionis quatuor intortitionum pro associatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos. Altare sancti Nicolai, pariter ex marmoribus elaboratum cum portatili, de ratione societatis eiusdem sancti Nicolai, a qua decore manutentur ex paucis redditibus librarum 50 circiter et piorum eleemosinis et nullis est gravata oneribus missarum. Vidit custodiam quoque marmoream, in qua sub duobus ostiis et duabus clavibus – quarum una extat penes admodum reverendum archipraesbyterum et altera penes communitatem – custodiuntur sacrae reliquiae, scilicet de ligno

sanctissimae Crucis Domini nostri Iesu Christi et de particulis duorum velorum, alterius albi et alterius rubri coloris, intinctorum Sanguine praetioso Domini nostri [70^v] Iesu Christi, in theca inclusae, in curia episcopali die 25 maii 1725 recognitae, quas visitavit et cum adoratione iterum recognovit. Exponuntur die tertio festo Paschatis, expensis dictae societatis. Altare sanctorum martyrum Quatuor Coronatorum, ex marmoribus lapidibus cum portatili aedificatum, de ratione societatis lapicidorum eiusdem communitatis Sancti Ambrosii, quae possidet redditus ducatorum sex circiter et habet onus celebrare faciendi missas duas quolibet anno, ex testamento quondam Michaelis Cresini; caeterum ex dictis redditibus et piorum eleaemosinis decenter manutinet altare praedictum de omnibus et est honorifice provisum. Vidit duo confessionalia ex nuce, in ecclesia bene disposita pro excipiendis sacramentalibus confessionibus. Duas visitavit sacristias, alteram a latere evangelii erectam et alteram superiorem, contiguam [71] suggestui ibique sacras suppellectiles pro celebratione missarum divinisque officiis peragendis, de quibus abunde est provisum et decore sunt servata. Vidit suggestum, in ecclesia ex nuce eleganter erectum, in quo concionatur per concionatorem electum a communitate, obtenta prius benedictione et mandato ab illustrissimo et reverendissimo domino episcopo. Vidit coemeterium et totam ecclesiam, divo Ambrosio dicatam, non consecratam, ad quam translata fuit antiqua plebs Sancti Georgii, quae habet clericos seu beneficia simplicia clericatus nuncupata ad numerum 12 et conferuntur via ordinaria casu vacationis ab illustrissimo et reverendissimo episcopo veronensi, cessantibus resservationibus apostolicis. Ecclesia est satis ampla et bene in omnibus disposita, ornata et custodita; eidem inservit devotus eremita Valentinus Sartori annorum 60, cum licentia episcopali in scriptis, quam ostendit et fuit ad sex mensens confirmata. [71^v] His absolutis, sub baldachino receptus se contulit ad visitandum [a margine: Oratorium Sanctorum Nicolai et Zenonis] publicum oratorium Sanctorum Nicolai et Zenonis infra limites Sancti Ambrosii, sex et viginti circiter ab hinc annis erectum, cum societate Bonae Mortis. Unicum extat altare, marmoreum cum portatili, in quo celebratur diebus festivis ex devotione confratrum, qui induunt cappas nigri coloris et huc conveniunt diebus festis, officium beatae Mariae Virginis recitaturi aliasque pias preces et fruuntur nonnullis spiritualibus gratis iuxta bullam sub datum Romae 1702 22 septembris, revisam in curia episcopali die 7 decembris 1707. Cappellanus huius oratorii est reverendus dominus Ioannes Baptista Ferrari, sacerdos de Castrovero. Ultra praefatas missas ex devotione, habetur legatum duarum missarum quolibet anno, una scilicet die festo sancti Antonii patavini et altera die festo sancti Antonii abbatis, ex testamento quondam Antonii Crescini. [72] Retro altare vidit sacras suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missae, de quibus sufficienter est provisum. Ordinata. Patena posteriori in parte vel inauretur vel argento dealbetur – sperae fuit vitreae – clavis custodiae quae ad altare, de licentia admodum reverendi archipraesbyteri, est erecta servetur ut sit poenes admodum reverendum archipraesbyterum. Quibus habitis, ad parrocchiales aedes se restituit, prandium sumpsit et quieti se tradidit. Die 11 octobris 1738 mane. [A margine: Oratorium Sancti Zenonis in Pullia] Illustrissimus et reverendissimus dominus episcopus antedictus visitavit simplicem ecclesiam seu publicum oratorium Sancti Zenonis in Pullia, in monte seu colle infra limites parrocchialis ecclesiae Sancti Ambrosii erectum, de ratione eiusdem communitatis Sancti Ambrosii, a qua [72^v] manutinetur. Unicum ibi vidit altare, marmoreum cum portatili et ianuis lateralibus item marmoreis et cum icone. Extat custodia, de licentia admodum reverendi archipraesbyteri, poenes quem eiusdem servatur clavis. Pavimentum est lapidibus stratum et duo extant sanctuaria marmorea, in quorum altero servatur Iesus Christus et in altero Beata Maria Virgo. Ex antiquo legato nobilis de Zavariis, diebus rogationum celebrantur missae quatuor cum erogatione unius modii panis pauperibus. Item singula sexta feria mensis martii una celebratur missa, pro qua eleaemosinam dat devotus haeremita qui ad custodiam eiusdem oratorii invigilat. Vidit sacras suppellectiles et vasa sacra pro sacro faciendo, retro altare custodita, de quibus sufficienter provisum invenit. Utriusque sexus christifideles die festo sancti Zenonis hoc oratorium visitantes fruuntur indulgentia [73] plenaria, prout ex brevi 15 martii 1737 ad septennium concessa. Ad custodiam dicti oratorii ressidet haeremita Dominicus Zechin de Sancto Ambrosio, aetatis suae annorum quinquaginta quinque, habitu sancti Philippi Neri indutus, cum mandato episcopali, hodie ad sex menses confirmato. His absolutis, illustrissimus et reverendissimus praesul collem descendit et ad parrocchiales aedes se restituit, paulisper quievit et, longioribus vestimentis indutus, parrocchiam ecclesiam petiit ibique, genuflexus ante altare maius, sanctissimum Sacramentum adoravit missamque audivit. Subinde nonnullis utriusque sexus christifidelibus Confirmationis sacramentum administravit et in parrocchiales aedes se recepit et prandium sumpsit. Illustrissimus vero vicarius visitationis, ex delegatione et cetera, pro tribunali sedit, coram quo comparuerunt: [73^v] admodum reverendus dominus Antonius Toffali, sacerdos de Monzambano aetatis suae annorum 40 circiter, archipraesbyter Sancti Georgii Vallis Pullicellae, quae est antiqua plebs, sed modo ressidet in aedibus parrocchialibus prope ecclesiam Sancti Ambrosii, quae ad praesens est parrocchialis; ipsam obtinuit per concursum et ostendit bullas episcopales diei 12 iulii 1727 nec non libros parrocchiales baptizatorum,

matrimoniorum et mortuorum ac status animarum; similiter libros congregationum habitarum, sub qua vicaria subiectae sunt infrascriptae ecclesiae, cum suis reverendis rectoribus, curatis, capellanis ac sacerdotibus, scilicet: Sancti Ambrosii, Sancti Georgii, Mazureghae, Volarnearum, Pontoni, de Burre de Garganiaco, Cavali, Montis. Parendo autem mandatis iuxta aedictum, praesentavit policeas, in fine huius libri sub littera L repositas. Interrogatus vero de suo clero et populo eorumque vita et moribus, bene de omnibus retulit. Reverendus dominus Bonaventura Turri, sacerdos de Vargataria, [74] aetatis suae annorum 40 circiter, rector altaris sanctae Mariae plebis Sancti Georgii, cum onere coadiuvandi in cura animarum et ressidet poenes praedictam plebem Sancti Georgii, ostendit de huiusmodi beneficio bullas romanas sub datum 12 kalendas septembris 1737 nec non libros parrocchiales baptizatorum, matrimoniorum et mortuorum. Reverendus dominus Ioannes Maria Toffali, sacerdos de Montiambano aetatis suae annorum 28, curatus Sancti Ambrosii cum mandato ad sex menses diei 24 septembris 1738 pro maribus et mulieribus infirmis tantum. Reverendus dominus Franciscus Oliboni, sacerdos de Piscantina aetatis suae annorum 31, cum mandato ad confessiones ad annum diei 13 augusti 1738, cappellanus ecclesiae de Burre. Reverendus dominus Iacobus Brentegani, sacerdos de Affio aetatis suae annorum 40, confessarius cum mandato ad annum diei 11 augusti 1738. Reverendus dominus Ioseph Pellegrini, sacerdos de Sancto Georgio aetatis suae annorum 65, cum mandato ad confessiones ad annum [74^v] diei 2 novembris 1737. Reverendus dominus Ioannes Baptista Ferrari de Baneolo Nogarolarum, aetatis suae annorum 31, sacerdos confessarius cum mandato ad annum diei 5 septembris 1738. Reverendus dominus Ioannes Baptista Galvani, sacerdos de Burre aetatis suae annorum 27 circiter. Qui omnes, cum deveneratione, suorum respective ordinum mandata et confessionis praesentarunt. Comparuerunt subinde Ioseph Franzae prior, Paulus Alberti subprior oratorii Sanctorum Zenonis et Nicolai et obtulerunt capitula quibus eorum confraternitas regitur, die prima aprilis 1700 approbata et die prima martii 1706 confirmata in curia episcopali. Comparuerunt pariter capserii societatis sancti Nicolai et capserii societatis Quatuor Coronatorum et sancti Bovis, asserentes primi eorum societatem frui redditibus librarum 42 circiter, qui impenduntur in manutentione altaris; dicentes secundi eorum societatem habere capitale ducatorum [75] quinquaginta, ex legato quondam Nicolai Cressini, cum onere missarum duarum in anno. Perquisivit et diligentes sumpsit informationes a gravioribus et fide dignis huius communitatis Sancti Ambrosii viris de vita et moribus ac diligentia in eorum munere fungendo tam admodum reverendi archipraesbyteri quam reverendi coadiutoris nec non aliorum sacerdotum et an haeretici vel de haeresi suspecti, adulteri, usurarii aut alii publici peccatores sub hac plebe vivant et relatum fuit bene tam de admodum reverendo archipraesbytero quam de caeteris sacerdotibus neminemque existere ex praefatis morbis infectum assertum fuit. Quibus absolutis prandioque sumpto ac factis paucissimis ordinationibus infrascriptis, in ecclesia recitato *De Profundis*, suam pastorem visitationem huius plebis Sancti Ambrosii seu Sancti Georgii clausit. Ordinata pro ecclesia parochiali Sancti Ambrosii. Fiant tria fanalia, quorum alterum sit maius, praecedens [75^v] pro associando sanctissimo Sacramento ad infirmos – rimulae portatilis altaris beatae Mariae Virginis sanctissimi Rosarii obturentur et clavis custodiae, ibi erectae ad usum hebdomadae maioris, inauretur. Munere vero suae visitationis in his partibus indictae – Deo dante – feliciter completo receptisque et grati animi et plurimae devenerationis argumentis a clero et populo eiusdem plebis Sancti Ambrosii seu Sancti Georgii, illis sua paterna benedictione impartita, illustrissimus et reverendissimus praesul ad suum episcopale palatium Veronae reversus est.

Termini generales pro exequendis ordinatis in praesenti visitatione. Ea quae respiciunt sacramenta fiant termino duorum mensium; quae ad sacristiam et altaria spectant spacio quatuor mensium adimpeantur; quae ad fabricam et ecclesiam pertinent fiant termino sex mensium.

[Nota: *Da questo punto iniziano le pagine di documenti presentati dai rispettivi parroci; sul manoscritto sono prive di numerazione, perché si tratta di fascicoli distinti. Per favorire la lettura, si è provveduto ad una numerazione a matita, senza calcolare le numerose pagine bianche*]

[76] **A** – CASTEL ROTTO

[77] Nota distinta delle ordinate dell'illustrissimo e reverendissimo vescovo. Il titolo della chiesa parochiale è Santo Uldarico. La chiesa non è consecrata. Il beneficio è conferito per concorso; le bole sono date sotto il dì 11 marzo 1718. Li altari sono sei, tutti con il portatile. Vi è indulgenza il venerdì di Passione al altar delli Sette Dolori, data sotto il dì 14 marzo 1735. Vi sono le corporazioni del santissimo Sacramento, del santissimo Rosario e della dottrina cristiana e queste sono antichissime. Due reliquie vi sono: una di san Vitaliano e una di san Flaviano martiri; la data de documenti è sotto il dì 17 luglio 1713, atti di don Giovanni Battista Busti, notaio episcopale.

[78] Inventario de mobili e supeletili della parochia o sia chiesa parochiale Santo Uldarico di Castelroto. Due calici argento et uno rame dorato con copa di argento – un stagnol di oton – un turibolo oton, con sua navicella – camisi con suoi amiti e cordoni numero 9 – pianete tra bianche e di colori diversi 6 – pianete rosse 3 – pianete verdi 2 – pianete morelle 3 – pianete nere 1 – un piviale con sue tonicelle bianco a fiori – messalli da vivo 3 – messalli da morto 4 – corporalli, purificatori, fazoletti da calice, [mancano i numeri] – la croce parochiale di oton. Al altar maior. Due piside argento, una grande et una piccola – un ostensorio argento – una mandolina argento per la comunion delli infermi – due troni di legno dorati, uno per la esposizione del santissimo Sacramento et un altro per la comunion delli infermi – due velli da spale – quatro fanali di banda per la comunion delli infermi – la lampada di oton – candeleri di oton grandi 6 – altri piccoli di oton 2 - [79] due mude di tabelle, una nova et una vechia – sopra tovaglie 3 – soto tovaglie 4 – cosini 2 – palme 4 – molti fruti diversi – un baldachin – una ombrela – un crocefisso di rame dorato, con croce di legno – un confalon – una sopra tovaglia turchina. Al altar della beata Vergine delli Sette Dolori. Due reliquiari con sue reliquie – candeleri di legno argentati 6 – una corona di argento della beata Vergine – un abito morel della sudeta – sopra tovaglie 2 – soto tovaglie 2 – una sopra tovaglia di color diverso – una lampeda di oton – una muda di tabelle argentate. Al altar di santo Uldarico. Candeleri di legno argentati 4 – altri di oton 2 – sopra tovaglia 1 – soto tovaglie 2 – due mude di tabelle – una lampeda di oton – una sopra tovaglia bianca e turchina. [80] Nota delle anime della parochiale di Sant'Uldarico di Castelrotto. Uomini da comunione 218, done da comunione 216, piccoli tra maschi e femine 295; in tutto sono anime 789. [81] Nota giurata di tute le entrate annue et agravi del beneficio di Sant'Uldarico di Castelrotto. 1 - Minalli formento 3 da Francesca relicta quondam Lonardo Peroni e filiolti, iusta l'istromento fatto li 30 ottobre 1735 in atti del signor Michel Angelo Zamperini, nodaro di Fumane. 2 – Formento minalli due, quarte una dal paron Francesco Benvenuti alli 15 agosto. 3 – Formento minalli 2 dal paron Donà Montagna alli 15 agosto. 4 – Formento minalli 2, quarte 2 da Valentin Baietta alli 15 agosto. 5 – Formento minalli 1, quarte 1 da Antonio de Biasi alli 15 agosto. 7 – Troni 10.13.4 dalli signori Petrocini a san Michel di settembre. 8 – Formento minalli 1, quarte 1 da Giovanni dal Ora alli 15 agosto. 9 – Troni 12 da Giovanni dal Ora al anno. 10 – Formento quarte due da Michel Quarella alli 15 agosto. 11 – Formento minalli sei, fave minalli 4, milio m. 4, spelta m. 8, uva bote 1, olio bacede 12, incenso once 6, cera lire 14 dalli reverendi signori chierici della pieve di San Fioran. 12 – Formento quarte tre dal paron Bortolamio Faiali alli 15 agosto. 13 – Formento quarte una, quartaroli due e mezo dalli eredi del quondam Andrea Fracarol. 14 – Formento minalli due dalli eredi Ganasini alli 15 agosto, come si vede nelli atti Turesendi. 15 – Formento quartarolli 1, uva sechie 1 e meza da Francesca Giustini. 16 – troni 3.11.6 dal nobile signor marchese Giona a san Michel di settembre. 17 – Troni 1.6.8 da Giorgio Zarzoni a san Michel di settembre. 18 – Sechie uva 1 e troni 2 da Giovanni Battista e fratelli Galvanini. 19 – Troni 16 da Antonio Goto a san Michel di settembre. 20 – Troni 9.16.6, uva brenti 1, olio bacede 1 da Antonio Giustini. 21 – Uva brenti 4 dal nobile signor Giulio Cesare Grantier. 22 – Formento quarte 3 dal paron Roco Montagna alli 15 agosto. 23 – Formento minalli 3 da Giovanni Maria Rigetti a san Michel di settembre. 24 – Troni 1 da Giovanni Maria Rigetti. [82] 25 – Troni 34.2 da Giacomo Spada, come in atti del signor Carlo Bernari sotto il di 26 agosto 1732. 26 – troni 37.4 dal nobile signor marchese da Monte a san Michel di settembre. 27 – Troni 15 dal signor Stefano Mello alli 26 aprile. 28 – Formento quarte 1, quartaroli 2 e mezo alli 15 agosto e troni 1 soldi 6 e dinari 8 a san Michel di settembre da Bruno Orlandi. 29 – Uva botte 1, brenti 2 dal nobile signor conte Giulio Ottolini a san Michel di settembre. 30 – Formento quartaroli 1 da Antonio Panon alli 15 agosto. 31 – Formento minalli 2.2 dal nobile signor Antonio Poeta alli 15 agosto. 32 – Troni 5.16 dalli eredi Peretti a san Michel di settembre. 34 – Soldi 13.4 dalla Santa Casa di Pietà a san Michel di settembre. 35 – Troni 27.18 dalli eredi del quondam Leonardo Perini a san Michel di settembre. 36 – Troni 13 da Giovanni Maria Rigeti a san Michel di settembre. 37 – Formento quarte due da Francesco Scamperla alli 15 agosto. 38 – Quartaroli 1 da Michel Quarella alli 15 agosto. 39 – Troni 9.5.8 da Angelo Fromba a san Michel di settembre. 40 – quarte 2 formento dal signor Giovanni Veronica alli 15 agosto. 41 – Formento quarte 2 da Carlo Buturi alli 15 agosto. 42 – Uva brenti 6 dal signor Bortolamio e fratelli Zuchi. 43 – Formento minalli 3.1 da Steffano Arcosi alli 15 agosto. 44 – Brenti uva 1 da Dominico Peroni. 45 – Brenti 6 dal nobile signor marchese Pindemonte alli 7 giugno. 46 – Troni 12 dal signor Carlo Bascheni a san Michel di settembre. 57 – Uva brenti 1, troni 1.6.8 dal signor Giacomo Betelloni a san Michel di settembre. 48 – Troni 27 da Dominico Peroni a san Michel di settembre.

[83] Nota della dotrina christiana ereta nella chiesa parochiale di santo Uldarico di Castelrotto. La dotrina christiana si tiene nella chiesa parochiale. Le regole sono queste: prima s'insegna la dotrina alli circoli, poi la quarta classe. Li maestri sono 7, le maestre sono 6. Disepoli e disepole numero suficente perché sono in questo diligenti. Vi sono il prior e soto prior, canzelier e soto canzelier, due pescatori. La comunione la terza domenica viene fatta numerosa. [84] Nota delli oratori che sono dentro li limiti della parochiale di Santo Uldarico di

Castelrotto, che sono numero 9. 1° San Martin di Corubio, mantenuto dalla comunità di Setimo, con l'obbligo della messa festiva, parte da casa Pereti, come in testamento del quondam Fiorio Pereti e parte dalla sudetta comunità di Setimo. 2° San Rocco di Corubio, beneficio semplice, con bole di iurisdictione del signor conte Daniel Banda, prodotto dal signor don Filippo Banda, con obbligo della messa festiva. 3° L'Anunciata di Corubio, del signor conte Daniel Banda, senza obligatione. 4° Sant'Antonio abate di Settimo, mantenuto dalla comunità di Setimo, con l'obbligo della messa festiva e due in settimana e due officii di messe sette al anno. 5° Sant'Antonio di Padova, di estimo di casa Monte, con l'obbligo di tute le dominiche e due giorni in settimana. 6° San Giuseppe della Mirandola, di casa Ruberti, con l'obbligo della messa quotidiana, come in testamento del quondam Ruberti. 7° Santa Concordia del Nazar, del signor dottor Paulo et altri, senza obligatione. 8° La Decolation di san Giovanni Battista di Cenga di casa Piona, senza obligatione. 9° San Carlo di Negarine, di casa Sacheti, senza alcuna obligatione e in tuto e per tuto vien adempito e sodisfatto quanto di sopra. [85] Nota delle entrate della venerabile chiesa di San Rocho di Corubio. Prima, pagha il signor Gaetano Banda uva brenti 3. Più, pagha il sodetto Lorenzo Pereti uva brenti 2. Più, pagha il medemo formento quartaroli 20. Più, pagha li eredi del quondam signor Giovanni Ruberti uva brenti 4. Più, pagha li medemi brenti 8. Più, pagha Zen Zeni di Prum brenti 20. Più, pagha Dominicho Peroni brenti 3. Più, pagha il signor Giovanni Battista Tomasi brenti 6. Più, pagha il nobile illustrissimo signor conte Cipolla brenti 46.10. Più, pagha Berto Berti di Castion brenti 4. Più, pagha Andrea Lonardi di Maran brenti 1.7. Più due pece di terra di campi tre in circha, dali quali si cava uva brenti oto in circha (dicho brenti 8). Più, formento minali oto in circha (dicho minali 8). Più, segue altri liveli che non si può rascuotere, li quali sono li qui soto nominati: pagha il Canela da Malcesine troni 10. Più, pagha il Peroto di Albisano troni 9. Più, pagha il Tomasoli di Torri troni 4.

[86] Al altar di san Girolamo. Candelieri di oton 4 – una muda di tabelle – sopra tovaglia 1 – soto tovalie 2 – 1 sopra tovalia turchina. Al altar del santissimo Rosario. Candelieri di oton 6 – altri di legno argentati 6 – mude di tabelle 2 – una lampeda di oton – un confalon – due mazze – sopra tovaglie 2 – soto tovaglie 3 – una sopra tovalia turchina – una croce di oton. Al altar di santa Catarina. Candelieri di oton 2 – una muda di tabelle – sopra tovalie 2 – soto tovalie 2 – una sopra tovalia turchina.

A – CASTELROTTO. Die 24 septembris 1738, in visitatione Castrirupti, praesentata per admodum reverendum dominum Ioannem Franza, rectorem dicti loci.

[88] **B** – SAN FIORANO. [89] La venerabile pieve di San Floriano è composta di quatro comunità, cioè: Semonte sive San Floriano, Valgatara, Santa Sofia e Burri. Le anime di coteste quatro comunità ascendono al numero di mille ottocento e venti otto. Anime di communionem mille duecento e trenta sei; anime che non sono alla santissima communionem cinquecento e nonanta due. [90] Nota dell'entrate della venerabile pieve di San Floriano. Dalla decima di San Floriano, un anno con l'altro, rascuotesi minali cento e dieci. Dalla decima di Cavegoazzo rascuote, un anno con l'altro, formento minali quindici. Dalla decima di Pescantina minali dieci. Di livello rascuote minali ottanta due; minuti, un anno con l'altro, minali vinti quatro; danari, scudi trenta otto; oglio bacede sei di livello. Dalli reverendi signori chierici altre bacede sei; uva brenti vent'otto. Dalli reverendi signori chierici: formento minali venti uno. Possede poi un broletto prativo, della quantità di mezzo campo, con morari, frutari e vigne. Possede altro broletto della quantità di altro mezzo campo, la mettà del quale ad uso di orto e l'altra mettà prativa con salgari. [91] Nota delli agravi che si ritrovano nella venerabile pieve di San Floriano annualmente. La venerabile pieve di San Floriano paga annualmente per decime lirazze cento e nonanta sei. Per termini paga annualmente troni ducento e uno. Mantiene l'altare maggiore, la sacristia, la casa e quanto occorre e, per quello riguarda l'altare maggiore, tra oglio, cere per la cereale, cere per l'espositione e per accompagnare il Santissimo alli infermi, cero per la Pasqua, per questo solo si spendono ducati cento e venti cinque et oncie 128, presindendo dall'altre spese: pane, facendo quarte sei focaccine con zucchero e butiro, quali si dispensano alle case civili, dando un rinfresco alli religiosi che convengono al vespro ed alle persone civili che vi intervengono. Nel sabato santo dà il pranso a tutti li religiosi della congregatione. Nel giorno dell'Ascensione dà pranso alli reverendi signori parrochi d'obbligo e per urbanità anco alle persone nobili. [92] Nota delli sacerdoti che si ritrovano nella venerabile pieve di San Floriano. Don Pietro Beretta, arciprete; don Gaspare Beretta, coadiutore; don Giovanni Veronese, curato; don Stefano Ruzzenente, capellano di Vargatara; don Giovanni Maria Accordini; don Giovanni Biancardi; don Biasio Vasani; don Gerolamo Conati; don Giovanni Francesco Lonardi. Chierici. Don Donato Zucco, sudiacono, havendo il suo patrimonio ne beni proprii; don Giacomo Accordini, sudiacono, havendo il suo patrimonio ne proprii beni. [93] Nota delli oratorii che si ritrovano nella venerabile pieve di San Floriano. Oratorio dedicato a Sant'Antonio, in contrà di Nenguin, di ragione de signori Petrocino, ove si celebra tutte le feste e giovedì. Oratorio dedicato a San Francesco, in contrà di Pedemonte, di ragione del signor Alessio Besi. Oratorio dedicato a Santa Soffia, nella contrà denominata Santa Soffia, di ragione della sudetta comunità. Oratorio dedicato a santi Fermo e Rustico in

Valgatarà, di ragione della comunità, ove si celebra ne giorni festivi. Oratorio dedicato a San Marco, in contrà di Pozzo, di regione della comunità di Valgatarà. Oratorio in contrà di Palazon, di ragione de nobili signori conti Poeta, dedicato a San Nicola di Tolentino, ove ne giorni festivi si celebra. Oratorio in contrà di Volpare, dedicato a San Francesco, di ragione del signor Gaetano Manfredi, ove le feste si celebra. Oratorio chiamato San Peretto in Burri, di ragione del signor Antonio Coradi. Oratorio dedicato a San Michele in contrà di Burri, di ragione del nobile signor conte Ferdinando Montenari, dove si celebra la santa messa ne giorni festivi. [94] Nota de legati della chiesa de Santi Fermo e Rustico di Valgatarà. Una messa da morto ogni settimana per il legato Peroncini, per la quale si rascuote dalli nobili signori Graziani ogni anno troni 43.8; dal signor Carlo Bascheni troni 14; da messer Giacomo Ferrari troni 12.8; da Zuane et Antonio fratelli Accordini troni 41.16. Messe numero 15 ogni anno per il legato del quondam signor don Alvise Raffa, per le quali si scode dalli heredi e successori del quondam signor Alessandro Tori alli 12 maggio troni 57.13. Da Giovanni Gambaron alli 29 settembre troni 21.4. Messe sei ogni anno per il legato Morandina Lonardonì et messe quattro per il legato Accordini, all'altar di Maria Vergine, per le quali la compagnia in detta chiesa eretta dà ogn'anno troni 15. Il capellano poi, per tutte le messe festive, rascuote dalla comunità ducati 39 dal grosso, cioè troni 186 e dalli signori chierici della venerabile pieve di San Floriano, per certe transazioni fatte con detta comunità di Valgatarà, ha minalli 18 formento e minalli 3 fave et bacette 4 oglio ogn'anno; più, un sacco formento dalli nobili signori Baroni, per il quale il detto cappellano celebra messe quatordecì nelle feste di devozione d'essa comunità. [95] Die 26 septembris 1738 mane, praesentata in aedibus parochialibus Sancti Floriani tempore visitationis per Angelum Aldrighetti, Bartholomaeum Aldrighetti et Sanctum Accordini, consiliarios communitatis Valgatariae, una cum supplicatione hic nominata, instantes et cetera. Coram illustrissimo et reverendissimo domino domino episcopo veronensi, degente in visitatione in aedibus parochialibus Sancti Floriani Vallis Policellae comparuerunt Angelus Aldrighetti, Bartholomaeus Aldrighetti, Sanctus Accordinus et Angelus Accordinus, consiliarii communitatis Vargatariae et, attenta auctoritate iisdem collata per publicam et generalem viciniam, hac mane, servatis servandis, celebratam in dicta communitate Valgarariae, praesentaverunt annexam supplicatione vulgari sermone confectam, instantes nomine ipsius communitatis ut in ea, omni et cetera. Die dicta illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus veronensis, comes et cetera, super supplicatione hodie per consiliarios Valgatariae, nomine eiusdem communitatis, pro dismembratione praesentata reservavit sibi post eius reditum Veronae statuere ac decernere quidquid et cetera tamquam in visitatione et ita et cetera omni et cetera. [96] Eccellenza illustrissima e reverendissima. Die 27 septembris 1738. In visitatione Sancti Floriani praesentata per infrascriptum dominum Simonem Cipriani, instando et cetera. Dovendo io, Simon Cipriani del comun di Valgattara, per miei premurosi interessi portarmi fuori di paese, ricorro con la pesente supplica alla grandezza dell'eccellenza vostra acciò, stante l'istanza fattagli dalla soprascritta comunità per la separacione dalla pieve di San Floriano, io non intendo di soggiacere alla medesima, né tam pocco alle spese che per quella occorressero, intendendo quoque modo restar sotto la pieve ove sono sepolti i miei antecessori. In fede et cetera. Datum li 27 settembre 1738. Io Simon Cipriani quondam Giambattista, qui et cetera ut supra. [97] Eccellenza illustrissima e reverendissima. Die 27 septembris 1738 in visitatione Sancti Floriani praesentata per infrascriptum dominum Franciscum Guantieri, instando et cetera. Ricorro io sottoscritto alla grandezza dell'eccellenza vostra acciò non permetta la separacione del comun di Valgattara dalla pieve di San Floriano, non intendendo soggiacere a questa: prima, per essere in maggior vicinanza alla pieve che alla chiesa di Valgattara e poi per l'incommodo de prognì, a causa de quali né io né la mia famiglia potiamo soffrire tali incomodi, come pure per non perdere il mio ius che ho nella detta pieve, che consiste in tre banchi ed un sepolcro, protestandomi non voler soggiacere a qualunque spesa che per tal motivo e causa fatta fosse. In quorum fidem. Data li 27 settembre 1738. Francesco Guantieri. [98] Die 27 septembris 1738, producta per infrascriptum Natalem, instando et cetera. In visitatione Sancti Floriani. Capitolo che fa e produce Nadal figlio di Filippo Aldrighetti di Valgatarà sotto San Fioran di Valpolicella della diocesi di Verona, da provarsi con testimoni et altre sue ragioni, non si astringendo et cetera, ma sotto la commune rubrica et cetera. Che la verità fu ed è che io, Nadal Aldrighetti, sono nato da Filippo Aldrighetti e Cattarina Fasol, miei legittimi genitori il giorno di san Giorgio 24 aprile 1722 e nello stesso giorno sono stato batezzato dal reverendo signor don Fiorio Borghetti, allora curato di San Fiorano, tenendomi dal sacro fonte per padrino Giovanni figlio di Giacomo Accordi e come meglio et cetera. Die dicta. Illustrissimus dominus vicarius visitationis, viso, lecto et mature perpenseo capitulo antedicto, illud admisit si et in quantum et cetera mandavitque testes inducendos recipi pro effectibus iustitiae et ita et cetera, omni et cetera. [99] Die 27 septembris 1738. Philippus Aldrighetti, filius quondam Nicolai de Valgataria sub Sancto Floriano, testis productus per antedictum capitulantem eius filium, qui monitus et cetera, iuratus prout iuravit, tactis et cetera. Interrogatus super continentia retroscripti capituli eidem testi lecti, respondit: *Il capitolo lettomi contiene verità*

in tutte le sue parti et è vero quanto nel medesimo sta espresso. Interrogatus de causa scientiae, respondit: Io ne sono pienamente informato perché è mio figliolo e ne tengo precisa memoria, tanto più che vi è la fede del suo batezo, nella quale però non è stato registrato il tempo, il quale è certamente il giorno di san Giorgio 24 aprile 1722. Quibus habitis et cetera. Conf. aetatis annorum 70 circiter. Ioannes Accordini filius quondam Iacobi de Valgataria praedicta, testis ut ante productus, qui monitus et cetera et iuratus, prout iuravit, tactis et interrogatus super continentia antescripti capituli eidem testi lecti, respondit: Sono certo che questo capitolo è pienamente vero in tutte le sue parti. Interrogatus de causa scientiae, respondit: La ragione è perché, oltre la fede di tal batezo, mancante però del tempo, ne ho precisa memoria, essendo io stato il padrino e mi ricordo benissimo che il batezo seguì il detto giorno di san Giorgio 1722. Quibus habitis et cetera. Conf. aetatis annorum 40 circiter.

[100] Illustrissimo e reverendissimo monsignore. Prostrata humilmente avanti la dignità sua episcopale, anco dalla sacra sede apostolica delegata, la comunità et homeni di Valgatarà e con la più fervorosa rassegnatione, supplichevoli espongono haver li loro antenati de tempi passati in sito commodo et opportuno eretta la chiesa dedicata a Santi Fermo e Rustico, nella quale per le loro spirituali indigenze a voti communi hanno anco elletto un sacro ministro. Ma perché la chiesa parochiale di San Floriano vi sono delli homeni di Valgatarà sogetti e nella quale perciò si gravitano tutte le più importanti funzioni parochiali, richiama a sé detto popolo, numeroso a seicento in circa persone, poco o nulla risentono le loro anime del salutare pabulo del spirituale esercizio. Imperciocché, ponderata bene ocularmente la formalità locale di detto commune, diviso in più contrade, cioè Grisegha, Paerno, Torre, Ca' di Lovi, Pozzo, Fasenara, Bazin, Maregnagho, Ca'Nova, Villa, oltre molte case disperse e le più numerose sono in molta distanza dal loco nel quale esiste la detta pieve; più la difficoltà delle strade, inondate da aque in tempo di piogge derivanti da monti vicini e che sopra quelle irregolarmente scorrono impetuose; oltre un progno o sia torrente che si attraversa alla maggior parte degli abitanti per portarsi alla sudetta pieve. Le nevi e giacci che nell'inverno rendono impraticabili le vie medeme, fatte da poco tempo in qua più disastrose: il tutto rende così difficile e quasi impossibile a sodetti homeni di Valgatarà il portarsi a San Floriano, che perciò con gravissimo loro spiritual detrimento restano privi delle più importanti o maggiori fontioni **[101]** e molto più ciò accade ne vecchi, nelle donne pregnant, ne giovani di poca vita, li quali rarissime volte o quasi mai si portano a detta chiesa, mancando loro tra le altre cose la sostanza vitale delle loro anime, cioè la santa predicatione evangelica, così chiamata dal profeta Isaia: "Audite et vivet anima vestra". Si aggiungono li fatali occorsi accidenti a moribondi, trapassati inconfessi e senza il sacro Viatico e frequentissimamente privi dell'estrema santa unzione. Oltre li moltissimi fanciulli quali, nel portarsi al sacro fonte, sono mancati per via, cose tutte osservate con lagrime de preddetti afflitti communanti et rilevate accadute per la distanza et impraticabilità della strada, che le siano lontani dalla pieve. Ma perché le fatali contingenze sopra riferite con termini generali siano anche in parte dichiarite, si espongono li seguenti casi tra moltissimi occorsi; come pubblici e notorii non hanno bisogno di prova; pure, se così ricercasse la giustizia di vostra signoria illustrissima e reverendissima, saranno anco, ex abundantia, con depositioni de testimoni giustificati. Nella contrà di Grisegha. Un figliolo di messer Angelo Aldrighetti quondam Francesco, nel portarlo a battezar, poco lontano da San Floriano restò morto. Santa Correnti, madrigna del sudetto Aldrighetti, per quindici giorni inferma, morta senza sacramenti. Giovanni Battista Spada, morto senza Viatico et oglio santo. Un figliolo di Giacomo Campedel quondam Dominico, nel portarlo a batezar, morto per via. Nella contrà di Ca' di Lovi, Catterina figlia del quondam Lonardo Accordini, morta senza Viatico et oglio santo. Giosepe figlio di Gerolamo Galzenato, morto senza confessione, Viatico et oglio santo.

